



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.4.51

Ald. 2/4



Ex Libris Ioannis Nencini
1874

BIBLIOTECA NAZIONALE
ALD
II
4
51
RACCOLTA

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51




Nencini
1859

Brunet f 3 a 6

P 2


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

CENSORINI
DE
DIE . NATALI
LIBER

AD . Q . CAERELLIVM

Ab Aldo Mannuccio, Paulli F. Aldi N. emendatus, & Notis illustratus.

Ad Ill.mum & Reuer.mum
GVLIELMVM . SIRLETTVM
Cardinalem amplissimum.





VENETIIS . ∞ D XXCI
Apud Aldum.

Matth. Pissiny Lucen

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



IL

GV



Etrina

ut orn

di; n

maxim

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51



ILLVSTRISSIMO, ET . REVERENDISS. GVLIELMO . SIRLETTO S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO





PARTAM, quam ego a principio nactus sum, Gulielme Sirlette, Cardinalis amplissime, summaque, ac singulari doctrina clarissime, pro mea uirili parte ut ornarem, sedulam semper operam dedi; neque minus hoc tempore, quo in maximis meis occupationibus tum fami-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

liaris rei, tum publicae, nullo umquam die a me patior intermitti studia litterarum. Cum igitur his diebus, qui ad lucubrandum, serioq. studendum, inter alios omnes anni dies accommodatissimi sunt, ad quotidianas meas occupationes aliae longe grauiores accessissent, quamobrem paullum temporis studijs meis superesset, rationem inij, dum ita distinerer, ut aliquid tamen praestarem, quo ingenium minime torpesceret, simul ac pusilli mei otij fructus aliquis ad studiosos permanaret. Cepi autem in manus Censorinum, eo animo, ut eum quam possem ab infinitis, quibus scatebat, mendis, purgatum typis commendarem. contuli unum exemplar cum multis alijs, quae sunt apud me. incredibile est, quantum laboris in hoc opere consumpserim, dum & inter multas lectio

num

num uarietates, eam, quae uerae magis accedere uideretur, longa disquisitione conarer assequi, quo huius molestiam operae lectori uel adimerem penitus, uel certe leuarem: & ubi ipse corruptum locum nullo ueterum exemplarium adiumento restitui posse uiderem, germanam eius lectionem coniecturis mihi consequendam esse intelligerem. quorum in utroque quantum negotij habuerim, mihi solus ipse possum esse testis; quid autem praestiterim, Tibi, uir optime, ac doctissime, cuius unius iudicium omnium iudicio libenter, ac iure antepono, iudicandum, ac pronunciandum relinquo. Atque id mihi caussae in primis fuit, ut Tibi libellum hunc, & meos in eo labores insumptos, quantulicumque sunt, nuncupare uoluerim. fere enim nemo in mentem uenire pote

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

rat, qui Te melius, quidquid in hac no
ua editione praestitum a me esset, per
spicere posset. Mirum uero? quem ego
scirem a doctissimis quibusque, in omni
genere litterarum, tanti fieri, ut nemo
sit eorum, qui non, ut tuae praestanti,
& eximiae uirtuti, sic etiam eruditissi
mae sapientiae cedat, fascesq. submit-
tat. cuius ex doctrina tantum Christia-
na Resp. difficillimis suis temporibus
fructum ceperit, ut, si cui alij inter mor
tales, Tibi summus, atque altissimus
dignitatis gradus in Ecclesia merito, ac
iure debeatur. constat enim saepenume
ro temporibus illis, cum perdifficiles, &
perobscurae quaestiones in Tridentina
Synhodo de religione tractarentur, &
in interpretandis antiquorum Theologo
rum sententijs, & ueterum Synhodorũ
sanctionibus, inter se Patres aliquando
dissen-

dissentirent, Te consuli solitum, & tamquam ab Oraculo aliquo responsa peti consueuisse. Quid? memini ego, me puero, cum essem Romae, una cum Patre, Tui studiosissimo, quocum maxima familiaritas Tecum intercedebat, atque ego ab eo ad Te deducerer, maximum ad Tuas aedes concursum omnium ordinum, ac nationum fieri solere; quod Te dicerent non solum doctrina, sed etiam liberali, ac prolixa in doctos omnes uoluntate cum nemine conferendum. Bone Deus, quam multi tum confluebant ex ultimis usque terris, ut Te de facie nossent, appellarent, consulerent de litteris, Tuo deniqne eruditissimo, ac iucundissimo sermone perfruerentur. Audierant sane plerique eorum, Te, olim cum priuatus degeres, longe tenuiori re, ac fortuna, maxi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

mi, ac nobilissimi animi Tui, liberalisq. ingenij signa perillustria ubique extare uoluisse, cum, ut doctos homines egentes benigne subleuares, ut eorum commodis consuleres, saepe Tuum ipsius genium defraudares. quae profecto non poterant sibi persuadere fore abs Te profecta, ni, quanti Virtus, quanti esset Sapientia, rerum earum, quae a summis philosophis tradita sunt, cognitione didicisses. Hinc Te Paullus IV. *Pont. Max. in intimis habuit, Protonotariumq. Apostolicum nominauit, & quibus uerbis nominauit? quam honorificis? quam Tua summa cum laude coniunctis? Vt grauissimi uiri singulare testimonium totam urbem Romam commouerit, & ad tui amorem allexerit. Pius* IV. *in Cardinalium Collegium cooptauit. quo facto, non Tibi*

bono-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

honorem, sed honori ornamentum se addidisse praedicabat. Pius V. iudicio Tuo plurimum in omni sua uita tribuit. GREGORIVS *uero* XIII, *acerrimo iudicio uir, & singulari certe in hominibus aestimandis prudentia praeditus, eos sibi dies hilares iudicat, quibus tecum esse licet. Sed, quid ego haec alieno loco pluribus? Non deerit sane, non deerit, si uiuo, locus, tuas egregias uirtutes commemorandi: ut minime uoluntas deest, quae, maxime ad omnem tuam laudem propensa, si parem studio suo facultatem nacta fuerit, efficiet profecto, ut me Tui studiosiorem, Tibiq. addictiorem, adde etiam praeconem laudum Tuarum ueriorem, fatearis esse neminem. Interim uero dignare hoc munusculo, quod ad Te transmitto: meq. ut & uerbis hucusque sae*

pe

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

pe ostendisti, & re saepissime declarasti, amare, atque in Tui amantissimorum numero habere ne graueris. uix autem humanissimo uiro, & amore Tuo, ob mira, quae in eo sunt, ingenij, iudicij, doctrinae, probitatis ornamenta dignissimo, Federico Ranallo concedo. Vale.

Venetijs, Idib. Feb. ∞ D XXC. *qui mihi primus dies est anni* XXXV.

Ill.mae & R.mae D. T.

Deuinctissimus,

Aldus Mannuccius.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ENSORINVS Romanus fuit: ut ipse testatur cap. IV. haec dicens: Itaque, ut saecula possim percurrere, & hoc nostrum praesens designare, omissis aureis, argenteisque, et hoc genus poeticis, a conditu urbis Romae, patriae nostrae communis, exordiar.

Maximino imperante floruit. quod colligitur ex cap. V. cum haec dicit: Quoniam ciuile Romanorum saeculum centum annis transigitur, scire licet in X. saeculo & primum natalem tuum fuisse, & hodiernum esse. quod tempus, si quis rationem subduxerit, in Maximini imperium cadit. Nec tantum hoc in loco Censorinus suam, Caerellijq. aetatem describit. quid cap. VI? ubi ducentesimam quinquagesimam quartam Olympiadem apud Graecos numerari dicit, eiusq. annum secundum; qui ab V.C. nongentesimus est, & nonagesimus. Et cap. IIX. Hic, inquit, annus, cuius uelut index, & titulus quidam est Vlpij, & Pontiani consulatus, ab Olympiade prima ∞ est, & XIV. ex diebus dumtaxat aestiuis, quibus Agon Olympicus celebratur: a Roma autem condita C∞XCI. & quidem ex Parilibus, unde Vrbis anni numerantur. Et ibidem infra, annos dicit ab Alexandri Magni excessu numerari

quingentos ſexaginta duos: cum Alexander Magnus mortuus ſit Olympiade, ut ait Arrianus lib. VII, *centeſima decimaquarta, quae quattuor ab* V.C. *annos comprehendit,* CDXXX. CDXXXI. CDXXXII. CDXXXIII. *quorum primo, uidelicet quadringenteſimo trigeſimo anni ſi addãtur quingẽti ſexaginta duo, anni erunt omnino nongenti nonagintaduo.*

Qua familia natus, quoq. praenomine uſus ſit, affirmare non audeo. tantum dicam, me interdum ſuſpicari, ex Marcia eum familia fuiſſe, quoniam Cenſorini cognomine utebatur. et, ſi hoc ſtet, Caij potius praenomine, huic familiae uſitato, quam alio uſum eſſe, affirmarim.

Ex Sidonio Apollinare, in ep. ad Polemium.

QVOD *ſi aliquis ſecus, atque aſſero, rem ſe habere cenſuerit, do quidem abſens obtrectatoribus manus: ſed nouerint, ſentẽtiam meam, diſcrepantia ſentientes, ſine M. Varrone, ſine Sereno, ſine Septimio, ſine Sammonico, ſine Cenſorino, qui de die natali uolumen illuſtre confecit, non poſſe damnari.*

§ Mendum eſſe in hiſce Sidonij uerbis, facile crediderim. qui enim hic diſiuncte, Serenus, Sammonicus nominatur, a Macrobio lib. III. cap. 16. coniunctim Serenum Sammonicum appellari, animaduerti. §

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

SCRIPTORES A. CENSORINO APPELLATI

CN.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

QVI-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

FINIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

INDEX . CAPITVM

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

CENSORINI
DE. DIE. NATALI
AD. Q. CAERELLIVM
LIBER

PROOEMIVM


VNERA, ex auro, uel quae ex argento nitent, caelato opere nonnumquam materia cariora, ceteraq. hoc genus blandimenta Fortunae inhiantij, qui uulgo diuites uocantur: te autem, Q. Caerelli, uirtutis non minus, quam pecuniarum, diuitem, id est uere diuitem, ista non capiunt. non quod earum possessionem, uel etiam usum a te omnino abieceris; sed quod, sapientium disciplina formatus, satis liquido comperisti, huiusmodi sita in lubrico, bona malaue per se non esse, sed τῶν μέσων, hoc est bonorum, malorumq. media. Haec, ut comicus ait, perinde sunt, ut illius est animus, qui ea possidet:

Qui uti scit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

Igitur, quoniam quisque non quanto plura pos-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ſidet, ſed quanto pauciora optat, tanto eſt locupletior: opes tibi in animo maximae, & eae quidem, quae non modo bona generis humani praecedunt, ſed quae ad deorum immortalium aeternitatem penitus accedant. Quod enim Xenophon Socraticus dicit, Nihil egere eſt deorum; quam minime autem, proximum a dijs. Quare, cum dona pretioſa neque tibi per animi uirtutem deſint, nec mihi per rei tenuitatem ſuperſint: quodcumq. hoc libri eſt, meis opibus comparatum, Natalicij titulo tibi miſi. In quo non, ut pleriſque mos eſt, aut ex Ethica parte philoſophiae praecepta ad beate uiuendum, quae tibi ſcriberem, mutuatus ſum; aut ex artibus rhetorum locos laudibus tuis celebrandis perſecutus, (ad id enim uirtutum omnium faſtigium adſcendiſti, ut cuncta iſta, quae uel ſapienter monentur, uel facunde praedicantur, uita, moribusq. ſuperaueris) ſed ex philologis commentarijs quaſdam quaeſtiunculas delegi, quae congeſtae poſſent aliquantulum uolumen efficere. idq. a me docendi ſtudio, uel oſtentandi uoto non fieri praedico, ne in me, ut uetus adagium eſt, iure dicatur, Sus Mineruam. Verum, cum tuo collatu ſcirem me plura didiciſſe; ne beneficijs tuis uiderer ingratus, noſtrorum ueterum ſanctiſſimorum hominum exempla

ſum

ſum ſecutus. illi enim, quod alimenta, patriam, lucem, ſe denique ipſos deorum dono habebant: ex omnibus aliquid dijs ſacrabant. magis adeo ut ſe non ingratos approbarent, quam quod deos arbitrarentur hoc indigere. itaque, cum perceperant fruges, ante quam ueſcetentur, deis libare instituerunt. & cum agros, atque urbes deorum munere poſſiderent; partem quandam templis, ſacellisque, ubi eos colerent, dicauere. Quidam etiam pro cetera bona corporis ualetudine crinem deo paſcebant. ita ego, a quo plura in litteris percepi, tibi haec exigua reddo libamina.

Nunc, quoniam liber de die Natali inſcribitur, a uotis auſpicia ſumantur. Itaque hunc diem, ut ait Perſius, Numera meliore lapillo. idq. quam ſaepiſſime facias, exopto: &, quod idem ſubiungit, Funde merum Genio. Hic forſitan quis quaerat, quid cauſſae ſit, ut merum fundendum Genio, non hoſtiam faciendam, putauerit? quod ſcilicet, ut Varro teſtatur in eo libro, cui titulus eſt Atticus, & eſt de Muneribus, id moris, inſtitutiq. maiores noſtri tenuerunt, ut, cum die natali munus annale Genio ſoluerent, manum a caede, ac ſanguine abſtinerent; ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demerent. Denique Deli, ad Apollinis genitoris aram, ut Timaeus auctor

eſt, nemo hoſtiam caedit. Illud etiam in hoc die obſeruandum, quod Genio facta neminem oporteat ante guſtare, quam eum, qui fecerit. Sed & hoc, a quibuſdam ſaepe quaeſitum, ſoluēdum uidetur; quid ſit Genius, curue eum potiſſimum ſuo quiſque natali ueneremur.

De Genio, & Lare. Cap. I.

GENIVS eſt deus, cuius in tutela ut quiſque natus eſt, uiuit. hic, ſiue, quod, ut generemur, curet; ſiue quod una gignatur nobiſcum; ſiue etiam, quod nos genitos ſuſcipiat, ac tueatur: certe a Gignendo Genius appellatur. Eundem eſſe Genium, & Larem, multi ueteres memoriae prodiderunt. In queis etiam Granius Flaccus in libro, quem ad Caeſarem de Indigitamentis reliquit ſcriptum. Hunc in nos maximam, quinimmo omnem habere poteſtatem, creditum eſt. Nonnulli binos Genios in his dumtaxat domibus, quae eſſent maritae, colendos putauere. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appoſitum: quam rem apud Lucilium in libro ſatyrarum XVI. licet cognoſcere. Genio igitur potiſſimum, per omnem aetatem quotannis ſacrificamus. quamquam

non

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

non ſolum hic, ſed & alij ſunt dij complures; hominum uitam, pro ſua quiſque portione, adminiculantes. quos uolentem cognoſcere, Indigitamentorum libri ſatis edocebunt. ſed omnes hi ſemel in unoquoque homine numinum ſuorum effectum repraeſentant. quocirca non per omne uitae ſpatium nouis religionibus arceſſuntur. Genius autem ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt, ut ne puncto quidem temporis longius abſcedat; ſed, ab utero matris exceptos, ad extremum uitae diem comitetur. Sed, cum ſinguli homines ſuos tantummodo proprios colant natales; ego tamen duplici quotannis officio huiuſce religionis adſtringor. nam, cum ex te, tuaq. amicitia honorem, dignitatem, decus, atque praeſidium, cuncta denique uitae praemia recipiam: nefas arbitror, ſi diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebrauero. ille enim mihi uitam, iſte fructum uitae, atque ornamentum peperit. At, quoniam aetas a die natali initium ſumit, ſuntq. ante hunc diem multa, quae ad hominum pertinent originem: non alienum uidetur de his dicere prius, quae ſunt natura priora. Igitur, quae ueteribus de natura humana fuerint opiniones, ex his quaedam breuiter exponam.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Variae opiniones ueterum Philoſophorum de Generatione, Cap. II.

PRIMA, & generalis quaeſtio inter antiquos ſapientiae ſtudioſos uerſata eſt; quod, cum conſtet, homines ſingulos ex parentum ſeminibus eſſe procreatos, ſucceſſioneq. prolis multa ſaecula prorogare; alij, ſemper homines fuiſſe, nec umquam niſi ex hominibus natos, atque eorum generi caput, exordiumq. nullum exſtitiſſe arbitrati ſunt; alij uero, fuiſſe tempus, cum homines non eſſent, & his ortum aliquando, principiumq. natura tributum. ſed prior illa ſententia, qua ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores habet, Pythagoram Samium, & Ocellum Lucanum, & Architam Tarentinum, omneſq. adeo Pythagoricos. Sed & Plato Athenienſis, & Xenocrates, & Dicaearchus Meſſenius, item antiquae Academiae Philoſophi non aliud uidentur opinati. Ariſtoleles quoque Stagirites, & Theophraſtus, multiq. praeterea non ignobiles Peripatetici, idem ſcripſerunt. eiusq. rei exempla dicunt, quod negent omnino poſſe reperiri, aues ne ante, an oua generata ſint; cum & ouum ſine aue, & auis ſine ouo gigni non poſſit. itaq. & omnium, quae in ſempiterno

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

iſto ſemper fuerunt, futuraq. ſunt, aiunt principium fuiſſe nullum; ſed orbem eſſe quendam generantium, naſcentiumque, in quo uniuſcuiuſque geniti initium ſimul, & finis eſſe uideatur. Qui autem homines aliquos primigenios diuinitus, natura ue factos crederent, multi fuerunt, ſed aliter atque aliter in hac exiſtimatione uerſati. nam, ut omittam, quod fabulares poetarum hiſtoriae ferunt, homines primos aut Promethei molli luto eſſe formatos, aut Deucalionis, Pyrrhaeq. duris lapidibus eſſe natos, ut Virgilius,

Hic lapides Pyrrhae iactos Saturnia regna:

Et alibi,

- quo tempore primum
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati durum genus: -

Quidã ex ipſis ſapientiae profeſſoribus neſcio an magis monſtroſas, certe non minus incredibiles rationum ſuarum proferunt opiniones. Anaximander Mileſius uideri ſibi ex aqua, terraq. calefactis exortos eſſe ſiue piſces, ſiue piſcibus ſimilia animalia. in his homines concreuiſſe, fetuſq. ad pubertatem intus retentos, tum demum, ruptis illis, uiros, muliereſque, qui iam ſe alere poſſent, proceſſiſſe. Empedocles autem egregio ſuo

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

carmine, quod eiuſmodi eſſe praedicat Lucretius,

Vt uix humana uideatur ſtirpe creatus,

tale quiddam confirmat. Primo membra ſingula ex terra quaſi praegnante paſſim edita, deinde coijſſe, & effeciſſe ſolidi hominis materiam, igni ſimul, & humori permiſtam. Cetera quid neceſſe eſt perſequi? quae non capiant ſimilitudinem ueritatis. Haec eadem opinio etiam in Parmenide uel inſerta fuit, pauculis exceptis ab Empedocle diſſentiente. Democrito uero Abderitae ex aqua limoq. primum uiſum eſſe homines procreatos. nec longe ſecus Epicurus. is enim credidit limo calefactos uteros neſcio quos radicibus terrae cohaerentes primum increuiſſe, & infantibus ex ſe editis ingenium lactis humorem natura miniſtrante praebuiſſe. quos ita educatos, & adultos genus hominum propagaſſe. Zenon Citiaeus, Stoicae ſectae conditor, principium humano generi ex nouo mundo conſtitutum putauit, primoſq. homines ex ſolo adminiculo diuini ignis, id eſt Dei prouidentia, genitos. Denique etiam uulgo creditum eſt, ut plerique genealogiae auctores ſunt, quarundam gentium, quae ex aduenticia ſtirpe non ſint, principes terrigenas eſſe, ut in Attica, & Arcadia, Theſſaliaque: eosq. αὐτόχθονας uocitari:

citari:

citari: ut, in Italia, poeta cecinit, Nymphas, Indigenasq. Faunos nemora quaedam tenuiſſe, non difficile rudis antiquorum credulitas recepit. Nunc uero eo licentiae poeticae proceſſit libido, ut uix auditu ferenda confingat. Poſt hominum memoriam progeneratis iam gentibus, & urbibus conditis, homines e terra diuerſis modis editos. ut in Attica fertur regione Erichthonius ex Volcani ſemine homo exortus: & in Colchide, uel Boeotia conſitis anguis dentibus armati partus, e quibus mutua inter ſe caede necatis pauci ſuperaſſe traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adiumento. necnon in agro Tarquinienſi puer dicitur diuinitus exortus, nomine Tages, qui diſciplinam cecinerit extiſpicij: quam Lucumones, Etruriae potentes, exſcripſerunt.

De generatione hominum, & eorum ſemine. Cap. III.

HACTENVS de prima hominum origine. Ceterum, quod ad praeſentes noſtros pertinet natales, eorumq. initia, quam potero compendio dicam. Igitur, ſemen unde exeat, inter ſapientiae profeſſores non cõſtat. Parmenides enim

tum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

tum ex dextris, tum ex laeuis partibus adoriri putauit. Hipponi uero Metapontino, ſiue, ut Ariſtoxenus auctor eſt, Samio, ex medullis profluere ſemen uidetur. idq. eo probari, quod poſt amiſſionem pecudum, ſi quis mares perimat, medullas utpote exhauſtas non reperiat. ſed hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras, Democritus, & Alcmaeon Crotoniates. hi enim poſt graecam contentionem non medullis modo, uerum & adipe, multaq. carne mares exhauriri reſpondēt. Illud quoque ambiguam facit inter auctores opinionem, utrum ne ex patris tantummodo ſemine partus naſcatur, (ut Diogenes, & Hippon, Stoiciq. ſcripſere) an etiam ex matris, ut Anaxagorae, & Alcmaeoni, necnon Parmenidi, Empedoclique, & Epicuro uiſum. Quae diſſerens, nō definite ſe ſcire, Alcmaeon confeſſus eſt; ratus neminem poſſe perſpicere.

Quid primum in infante formatur. Cap. IV.

EMPEDOCLES, quem in hoc Ariſtoteles ſecutus eſt, ante omnia cor iudicauit increſcere, quod hominis uitam maxime contineat. Hippon uero, caput, in quo eſt animi principale cere-

brum.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

brum . Democritus aluum cum capite , quae plurimum habent ex inani . Anaxagoras cerebrum , unde omnes ſuut ſenſus . Diogenes Apolloniates ex humore primum carnem fieri exiſtimauit , tum ex carne neruos , & oſſa, & ceteras partes enaſci. At Stoici una totum infantem figurari dixerunt , ut una naſcatur , alaturque . ſunt , qui id opinentur ipſa fieri natura, ut Ariſtoteles , atque Epicurus . ſunt, qui potentia ſpiritus ſemen comitantis , ut Stoici ferme uniuerſi . ſunt , qui aetherium calorem ineſſe arbitrentur , qui membra diſponat , Anaxagoram ſecuti . Vtcumque tamen formatur infans , quemadmodum in matris utero alatur , duplex opinio eſt . Anaxagorae enim , ceterisq. compluribus per umbilicum cibus adminiſtrari uidetur . at Diogenes , & Hippon exiſtimauere eſſe in aluo prominens quiddam , quod infans ore apprehendat ; ex eo alimentum ita trahat , ut, cum editus eſt , ex matris uberibus . Ceterum, ut mares, feminaeue naſcantur , quid cauſſae eſſet , uarie ab eiſdem philoſophis proditum eſt . Nam , ex quo parente ſeminis amplius fuit , eius ſexum repraeſentari dixit Alcmaeon. Ex ſeminibus autem tenuioribus feminas, ex denſioribus mares fieri Hippon affirmat . Vtrius uero parentis ſedem prius occupauerit , eius

reddi

reddi naturam Democritus retulit. At, inter ſe certare feminas, & mares, &, penes utrum uictoria ſit, eius habitum referri, auctor eſt Parmenides. Ex dextris partibus profuſo ſemine mares gigni, at laeuis feminas, Anaxagoras, Empedoclesq. conſentiunt. Quorum opiniones ut de hac ſpecie congruae, ita de ſimilitudine liberorum diſpariles. Super qua re Empedoclis diſputata ratio talis profertur. Si par calor in parentum ſeminibus fuerit, patri ſimilem marem procreari; ſi frigidus, feminam matri ſimilem. quod ſi patris calidus erit, & frigidus matris, puerum fore, qui matris uultum repraeſentet; at, ſi calidus matris, patris autem frigidus, puellam futuram, quae patris reddat ſimilitudinem. Anaxagoras autem eius parentis faciem referre liberos iudicauit, qui ſeminis amplius contuliſſet. Ceterum Parmenidis ſententia eſt, cum dexterae partes dederint, tunc filios patri conſimiles; cum laeuae, tunc matri. Sequitur uero de geminis. qui ut aliquando naſcantur, modo ſeminis fieri Hippon ratus. id enim cum amplius eſt, quam uni ſatis fuerit, bifariam diduci. id ipſum ferme Empedocles uidetur ſenſiſſe. nam, cauſſas quidem, cur diuideretur, non poſuit: partum tantummodo ait. &, ſi utrumque ſedes aeque cali-

das

das occupauerit, utrumque marem naſci; ſi frigidas aeque, utramque feminam; ſi uero alterum calidiorem, alterum frigidiorem, diſpari ſexu partum futurum. De conformatione autem partus nihilominus in prima hebdomade dentes homini cadere; in ſecunda, pubem apparere; in tertia, barbam naſci; in quarta, uires; in quincta, maturitatem ad ſtirpem relinquendam; in ſexta, cupiditatibus tẽtari; in ſeptima, prudentiam linguamq. conſummari; in octaua, eadem manere; in nona, illa declinare; in decima, hominem fieri morti maturum. Tamen in ſecunda hebdomade, uel incipiente tertia, uocem craſſiorem, & inaequabilem, fieri. quod Ariſtoteles appellat τραγίζειν, antiqui noſtri Hirquitallire; & inde ipſos putant Hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat. De tertia autem aetate adoleſcentulorum tres gradus eſſe factos in Graecia prius quã ad uiros perueniatur, quod uocent annorum XIV. παῖδα; μελλήφηβον autem XV; deinde XVI. ἔφηβον; tum XVII. ἐξέφηβον. Praeterea multa ſunt de his hebdomadibus, quae medici, ac philoſophi libris mandauerunt. unde apparet, ut in morbis dies ſeptimi ſuſpecti ſint, & κρίσιμοι dicuntur, ita per omnem uitam ſeptimum quemque annum periculoſum, & uel-

ut

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ut κρίσιμον, eſſe, & κλιμακτηρικὸν uocari. Sed ex his Genethliaci alios aliis difficiliores eſſe dixerunt. Et nonnulli, eos potiſſimum, quos ternae hebdomades conficiunt, putant obſeruandos, hoc eſt unum & uiceſimum, alterum & quadrageſimum, deinde LXIII. poſtremum XXCIV. in quo Staſeas terminū uitae defixit. Alii autē nō pauci omniū difficillimū κλιμακτῆρα prodiderunt, anno ſcilicet unde quinquageſimo, quē complent anni ſepties ſepteni: ad quam opinionem plurimorum conſenſus inclinat. nam quadrati numeri potentiſſimi dicuntur. Denique Plato ille, (uenia ceterorum) philoſophiae ſanctiſſimus, quadrato numero annorum uitam humanam conſummari putauit, ſcilicet nouenario, qui complet annos XXCI. Fuerunt etiam, qui utrumque reciperent numerum, unumdequinquaginta, & XXCI. & minorem nocturnis geneſibus, maiorem diurnis adſcriberent. Plerique, aliter moti, duos iſtos numeros ſubtiliter diſcreuere, dicentes, Septenarium ad corpus, Nouenarium ad animum pertinere. hunc medicinae corporis, & Apollini attributum; illum Muſis, quia morbos animi, quos appellant πάθη, muſica lenire, ac ſanare conſueuerit. itaque primum κλιμακτῆρα annum XLIX. eſſe prodiderunt; ultimum autem XXCI; medium

uero,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

uero, ex utroque permistum, anno tertio & sexagesimo, quē uel hebdomades ix, uel VII. enneades conficiunt. Hunc licet quidam periculosissimum dicant, quod & ad corpus, & ad animum pertineat; ego tamen ceteris non duco infirmiorem. nam utrumque quidem supradictum continet numerum, sed neutrum quadratum: &, ut est ab utroque non alienus, ita in neutro potens. nec multos sane, quos uetustas claro nomine celebrat, hic annus absumpsit. Aristotelem Stagiritam reperit. sed hunc ferunt naturalem stomachi infirmitatem, crebrasq. morbidi corporis offensiones adeo uirtute animi diu sustentasse; ut magis mirum sit, ad annos LXIII. eum uitam pertulisse, quam ultra non protulisse. Quare, sanctissime Caerelli, cum istum annum, qui maxime fuerat formidolosus, sine ullo incommodo transieris: ceteros, qui leuiores sunt, κλιμακτῆρας, minus tibi extimesco. praesertim cum in te animi potius, quam corporis, naturam sciam dominari: eosq. uiros, qui tales fuerunt, non prius uita excessisse, quam ad annum illum XXCI. peruenerint. in quo Plato finem uitae & legitimum esse existimauit, & habuit. Hoc anno Dionysius Heracleotes, ut uita abiret, cibo abstinuit. & contra Diogenes Cynicus cibi cruditate

tate

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

tate in choleram ſolutus eſt. Eratoſthenes quoque, ille orbis terrarum menſor, & Xenocrates Platonicus, ueteris Academiae princeps, ad eũdem annum uixerunt. Non pauci etiam, per animi ſpiritum, moleſtijs corporis ſuperatis, limitem iſtum tranſgreſſi ſunt, ut Carneades, a quo tertia Academia eſt, quae dicitur Noua; uel Cleanthes, qui uno minus centum expleuit. At Xenophanes Colophonius maior annorum centum fuit. Democritum quoque Abderitem, & Iſocratem rhetorem prope ad id aetatis perueniſſe, quo Gorgiam Leontinum, quem omnium ueterum maxime ſenem fuiſſe, & octo ſupra centum annos habuiſſe conſtat. Quod ſi cultoribus ſapientiae, ſiue per animi uirtutem, ſeu lege fati, diutina obtigit uita: non deſpero, quin te quoque, diu corpore, atque animo ualentem, longior maneat ſenectus. Quem enim ueterum, quos nunc memoria ſuſcepimus, prudentia, uel temperantia, uel iuſtitia, uel fortitudine tibi anteſtare dicemus? quis eorum, ſi adeſſet, non in te omnium uirtutum praedicationem conferret? quis tuis laudibus ſe poſtponi erubeſceret? Illud certe, ut arbitror, dignum eſt praedicatione. quod, cum illis ferme omnibus, quamuis prudentiſſimis, & procul a rep. motis, non contigerit ſine of

fenſione,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ſenſione, & odio plerumque capitali uitam degere: tu tamen, officijs municipalibus functus, honore ſacerdotij in principibus tuae ciuitatis conſpicuus, ordinis etiam equeſtris dignitate gradum prouincialium ſupergreſſus, non modo ſine reprehenſione, & inuidia ſemper fuiſti: uerum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria conſecutus es. Quis a te noſci, aut ex ampliſſimo Senatus ordine non expetiuit, aut ex humiliore plebe non exoptauit? Quis mortalium uel te uidit, uel de tuo nomine accepit, quin & loco fratris germani diligat, & uice parentis ueneretur? Quis ignorat, probitatem primam, fidem ſummam, benignitatem incredibilem, modeſtiam, uerecundiamq. ſingularem, ceteraq. humanitatis officia penes te unum eſſe? & quidem maiora, quam poſſint digne a quoquam referri? Quare & ego his nunc commemorandis ſuperſedebo. De eloquentia quoque ſileo, quam omnia noſtrarum prouinciarum tribunalia, omnes praeſides nouere. quam denique urbs Roma, & auditoria ſacra mirata ſunt. haec ſe & ad praeſens, & in futura ſaecula ſatis ipſa nobilitat. Nunc uero, quatenus de die Natali ſcribo, meum munus implere conabor. tempus quoq. hodiernum, quo maxime flores, quam potero lucidiſſi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

mis notis ſignabo. ex quo etiam primus ille tuus natalis liquido noſcetur. Tempus autem non diem tantummodo, uel menſem, uel annum uertentem appello; ſed & quod quidam luſtrum, aut annum magnum uocant, & quod ſaeculum nominant. Ceterum, de aeuo (quod eſt tempus unum & maximum) non multum eſt quod in praeſentia dicatur. eſt enim immenſum, ſine origine, ſine fine, quod eodem modo ſemper fuit, ſemper futurum eſt, neque ad quemquam hominum magis, quam ad alterum, pertinet. hoc in tria diuiditur tempora, praeteritum, praeſens, futurum. Ex quibus praeteritum initio caret, exitu futurum. Praeſens autem, quod medium eſt, adeo exiguum, & incomprehenſibile eſt; ut nullam accipiat longitudinem, neque aliud eſſe uideatur, quam tranſacti, futuriq. coniunctio. adeo porro inſtabile, ut ibidem ſit numquam; &, quidquid tranſcurrit, a futuro decerpat. Haec inter ſe tempora (anteactum dico, & futurum) neque propria ſunt, neque ita, ut alterum altero longius, breuius ue uideatur. quidquid enim non habet finem, collationem menſurae non recipit. quapropter aeuum neque annorum, neque ſaeculorum, numero, nec denique ullo finito temporis modulo metiri conabor. haec enim ad aetatem

infinitam



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

infinitam non ſunt brumalis unius inſtar horae . Itaque, ut ſaecula poſſim percurrere, & hoc noſtrum praeſens deſignare, omiſſis aureis, argenteiſque, & hoc genus poeticis, a conditu Vrbis Romae, patriae noſtrae communis, exordiar.

De Saeculo. Cap. V.

SAECVLVM eſt ſpatium uitae humanae longiſſimum, partu, & morte definitum. quare, qui annos XXX. ſaeculum putarunt, multum uidentur erraſſe. hoc enim tempus γενεὰν uocari Heraclitus auctor eſt, quia orbis aetatis in eo ſit ſpatio. Orbē autē uocant aetatis, dū natura humana ad ſementem reuertitur. hoc quidem γενεᾶς tempus alij aliter definierunt. Heraclitus annos V.& XX. ſcribi dicit γενεὰν, Zenon XXX. Saeculum autem quid ſit, uſque adhuc arbitror ad ſubtile examinatum non eſſe. Poetae quidem multa incredibilia ſcripſerunt, nec minus hiſtorici Graeci: quamuis a uero par non fuit decedere. ut Herodotus: apud quem legimus, Argathonium, Tarteſſiorum ragem, C.& L. annorum fuiſſe. ut Ephorus: qui tradit, Arcadas dicere apud ſe reges antiquos aliquot ad trecentos uixiſſe annos. Ve-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

rum haec, ut fabuloſa, praetereo. Sed inter ipſos Aſtrologos, qui in ſtellarum, ſignorumq. ratione uerum ſcrutantur, nequaquam etiam conuenit. Epigenes CXII. annis longiſſimam uitam conſtituit; Beroſus CVI; alij ad CXX. annos produci poſſe, quidam etiam ultra credidere. Fuere, qui non idem putarent ubique obſeruandum, ſed uarie per diuerſas regiones, prout in ſingulis ſit caeli ad circulum finitorem inclinatio, quod uocatur κλίμα. Sed, licet ueritas in obſcuro lateat, tamen in unaquaque ciuitate quae ſint naturalia ſaecula, Rituales Etruſcorum uidentur docere: in quibus ſcriptum eſſe fertur, initia ſic poni ſaeculorum: Quo die urbes, atque ciuitates conſtituerentur, de ijs, qui eo die nati eſſent, eum, qui diutiſſime uixiſſet, die mortis ſuae primi ſaeculi modulum finire. eoq. die, qui eſſent reliqui in ciuitate, de his rurſus eius mortem, qui quam longiſſimam egiſſet aetatem, finem eſſe ſaeculi ſecundi: ſic deinceps tempus reliquorum terminari. ſed ea quod ignorarent homines, portenta mitti diuinitus, quibus admonerentur, unumquodque ſaeculum eſſe finitum. haec portenta Etruſci, pro haruſpicij, diſciplinaeq. ſuae peritia, diligenter obſeruata in libros ſuos retulerunt. Quare in Tuſcis hiſtorijs, quae octauo

eorum ſaeculo ſcriptae ſunt, (ut Varro teſtatur) & quot numero ſaecula ei genti data ſint, & tranſactorum ſingula quanta fuerint, quibus ue oſtentis eorum exitus deſignati ſint, continetur. itaque ſcriptum eſt, Quattuor prima ſaecula annorum fuiſſe CV; quinctum CXXIII; ſextum unum de uiginti, & C; ſeptimum totidem; octauum tum demum agi; nonum, & decimum ſupereſſe. quibus tranſactis finem fore nominis Etruſci. Romanorum autem ſaecula quidam ludis ſaecularibus putant diſtingui. cui rei fides ſi certa eſt, modus Romani ſaeculi eſt incertus. temporum enim interualla, quibus ludi iſti debeant referri, non modo quanta fuerint retro, ignoratur, ſed ne quidem, quanta eſſe debeant, ſcitur. nam ita inſtitutum eſſe, centeſimo quoque anno fierent, id tum Antias, alijq. hiſtorici auctores ſunt: tum Varro de Scenicis originibus lib. I. ita ſcriptum reliquit: Cum multa portenta fierent, & murus, & turris, quae ſunt inter portam Collinam, & Eſquilinam, de caelo eſſent tacta, & ideo libros Sibyllinos decemuiri adiſſent: renunciauerunt, uti Diti patri, & Proſerpinae ludi Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hoſtiae furuae immolarentur, utiq. ludi centeſimo quoque anno fierent. Item T. Liuius

lib. cxxxvi: Eodem anno ludos ſaeculares Caeſar ingenti apparatu fecit: quos centeſimo quoque anno (is enim terminus ſaeculi) fieri mos. Vtq. contra cx. quoque anno repetantur, tam commentarij xv uirorum, quam D. Auguſti edicta teſtari uidentur. adeo ut Horatius Flaccus in carmine, quod ſaecularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignauerit:

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referatq. ludos
Ter die clara, totidemq. grata
Nocte frequentes.

At enim, temporum ueterum ſi reuoluantur annales; longe magis in incerto inuenietur. Primos enim Ludos ſaeculares exactis regi-
✻ bus cum poſt Romam conditam annis cclv.
✻ a Valerio Poplicola inſtitutos eſſe, eſſe ad xl. uirorum commentarios, ante cclxxxxix. M. Valerio, Sp. Virginio cos. anno poſt urbem conditam vii. & xl. ut uero in commentarijs xii uirum ſcriptum eſt, anno ccccx. M. Valerio Coruo ii. C. Poetelio cos. Tertij ludi fuerunt, Antiate, Liuioq. auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno d duodeuiceſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Liuio Varro cos. De quartorũ ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim, & Varro, &

Liuius

Liuius relatos eſſe prodiderunt L. Marcio Cenſorino, M' Manilio cos. poſt Romam conditam anno DCV. At Piſo Cenſorius, & Cn. Gellius, ſed et Caſſius Hemina, qui illo tempore uiuebat, poſt annum factos tertium affirmant, C. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico cos. id eſt DC. anno III. In XV uirorum autem commentarijs notantur ſub annis DCXXIX. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreſte cos. Quinctos ludos Furnio, C. Iunio Silano cos. DCCXXXVII. Caeſar Auguſtus, & Agrippa fecerunt. Sextos autem fecit T. Claudius Caeſar, ſe III. & L. Vitellio III. cos. anno DCCXLI. Septimos Domitianus, ſe XIV. & L. Minucio Rufo cos. anno CC∞XLI. Octauos Imp. L. Septimius, & inde Aurelius Antoninus Cilone, & Iubeno cos. anno CC∞LXVII. Hinc animaduertere licet, neq. poſt centum annos (uti referuntur ludi) ſtatutum eſſe ſaeculum, neq. poſt CX. Quorum etiam ſi alterutrum retro fuiſſet obſeruatum: non tamen ſatis id argumenti eſſet, quo quis his ludis ſaecula diſcerni conſtanter affirmet. praeſertim cum ab Vrbis primordio ad reges exactos annis CCXLIV. factos eſſe, auctor ſit nemo. quod tempus proculdubio naturali maius eſt ſaeculo. Quod ſi quis credit ludis ſaecularibus, ſola nominis

origine inductos: ſciat ſaeculares dici potuiſſe, quod plerumq. ſemel fiant hominis aetate. ut multa alia, quae rara ſunt, poſt ſaeculum euenire, loquentium conſuetudo uſurpat. Sed noſtri maiores, quod, naturale ſaeculum quãtum eſſet, exploratum non habebant, ad certum annorum modulum annorum C. ſtatuere. teſtis eſt Piſo, in cuius annali ſeptimo ſic
* ſcriptum eſt: A Roma condita anno DVII.
* ſaeculum accipit his conſulibus, qui proximi
* ſunt conſules, M. Aemilius M. F. Lepidus, C. Popillius II. abſens. ſed, ut hunc annorum numerum conſtituerent noſtri, non nihil cauſſae fuit; primum, quod multos ſuorum ciuium ad hanc aetatem producere uidebant; deinde, quod Etruſcos, quorum prima ſaecula centum fuere annorum, etiam hic, ut in alijs plerumque, imitari uoluerunt. Praeterea fieri poteſt, quod refert Varro, quod Dioſcorides aſtrologus ſcripſit: Alexandriae, inter eos, qui mortuos ſolent conſeruare, hominem plus centum annis uiuere non poſſe. id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint ſine corporis tabe. ideo quod multis annis pependit cor hominis, incrementa aetatis, & deminutiones conſeruent. Et anniculi pendere duas drachmas, bimi quattuor, & ſic in annos ſingulos uſq. ad L. accedere binas.

Ab his C. drachmis ab anno L. item decedere in unoquoque binas. Ex quo perſpicuum ſit, centeſimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius uitam poſſe produci. Quoniam igitur ciuile Romanorum ſaeculum centum annis tranſigitur, ſcire licet in x ſaeculo & primum Natalem tuum fuiſſe, & hodiernum eſſe. Quod autem ſaecula urbi Romae debeantur, dicere meum non eſt: ſed, quid apud Varronem legerim, non tacebo. qui libro Antiquitatum duodeuiceſimo ait, fuiſſe Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuiuis doctori in diſceptando parem: eum ſe audiuiſſe dicentem, ſi ita eſſet, ut tradebant hiſtorici, de Romuli Vrbis condendae augurijs, ac XII. uulturibus: quoniam CXX. annos incolumis praeterijſſet populus R. ad mille & ducentos peruenturum.

De Annis Maioribus. Cap. VI.

HACTENVS dictum de ſaeculo. Nunc de annis maioribus dicam. Quorum magnitudo adeo diuerſa etiam gentibus obſeruata, quam auctoribus tradita eſt: ut alij unum annum Magnum eſſe in annis uertentibus duobus, alij in multis

millibus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

millibus annorum arbitrati sint. quod quale sit, iam hinc conabor absoluere.

VETERES in Graecia ciuitates cum animaduerterent, dum Sol annuo cursu orbem suum circuit, Lunam nouam interdum terdecies exoriri, idq. saepe alternis fieri: arbitrati sunt, Lunares XII. menses, & dimidiatũ ad annũ naturalẽ cõuenire. itaq. annos ciuiles sic statuerũt, ut interkalando facerent alternos XII. mẽsiũ, alternos XIII. utrumq. annũ separatũ, Vertentem; iunctos ambo, annum Magnum uocantes. idq. tempus τριετηρίδα appellabãt, quod tertio quoque anno interkalabatur, quamuis biennij circuitus, & reuera διετηρὶς esset. unde Mysteria, quae Libero alternis fiunt annis, Trieterica a poetis dicũtur. postea, cognito errore, hoc tempus duplicarunt, & τετραετηρίδα fecerunt. sed & eam, quod quincto quoq. anno redibat, πεντετηρίδα nominabant. Qui annus Magnus ex quadriennio commodior uisus est. Solis annum constare ex diebus CCCLXV, & diei parte circiter quarta, quae unum in quadriennium diem conficeret. Quare Agon & in Elide Ioui Olympio, & Romae Capitolino quincto quoq. anno redeunte celebratur. Hoc tempus, quoniam ad Solis modo cursum, nec ad Lunae, congruere uidebatur, duplicatum est,

&

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

& ὀκταετηρὶς facta, quae tunc ἐννεαετηρὶς uocitata . quia primus eius annus nono quoq. anno redibat. Hunc circuitum uere annum Magnũ eſſe, pleraq. Graecia exiſtimauit : quod ex annis uertentibus ſolidis conſtaret, ut proprie in anno Magno fieri par eſt . Nam dies ſunt ſolidi uno minus centum, anniq. uertentes ſolidi octo. Ὀκταετηρίδα uulgo creditum eſt ab Eudoxo Gnidio inſtitutam . ſed hanc Cleoſtratum Tenedium primum ferunt compoſuiſſe . & poſtea alij aliter. qui mẽſibus uariae interkalãdis ſuas ὀκταετηρίδας protulerũt. ut fecit Harpalus, Nautelis, Mneſiſtratus, itẽ alij, in quibus Doxitheus, cuius maxime ὀκταετηρὶς, Eudoxi inſcribitur . ob hoc multae in Graecia religiones hoc interuallo temporis ſumma caerimonia coluntur. Delphis quoq. ludi, qui uocantur Pythia, poſt annum octauum olim conficiebantur . proxime hanc magnitudinem eſt, quae uocatur δωδεκαετηρὶς, ex annis uertentibus XII. Huic anno Chaldaico nomen eſt, quem Genethliaci non ad Solis, Lunaeq. curſus, ſed ad obſeruationes alias habent accommodatum : quod in eo dicunt tempeſtates, frugumq. prouentus, ſterilitates item, morboſq. circumire. Praeterea ſunt anni Magni complures : ut Metonicus, quem Meton Athenienſis ex annis undeuiginti conſtituit,

eoq.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

eoq. δεκαεννεατηρὶς appellatur, & interkalatur septies, in eoq. anno sunt dierũ sex millia, & CCCXL. Est & Philolai Pythagorici annus, ex annis LIX. in quo sunt menses interkalares uiginti & unus. Item Callippi Cyziceni, ex annis LXXVI. ita ut menses duodetriginta interkalarentur. Et Democriti, ex annis XXCII. cum interkalares sint XXIIX. sed & Hipparchi ex annis CCCIV. in quo interkalantur centies decies bis. Haec annorum magnitudo eo discrepat, quod inter astro logos nõ conuenit, quanto uel Sol plus quam CCCLXV. dies in anno conficiat, uel Luna minus quam XXX. in mense. Ad Aegyptiorum uero Magnum annum Luna non pertinet, quem Graece κυνικὸν, Latine canicularem uocamus. propterea quod initium eius sumitur cum primo die eius mensis, quem uocant Aegypti θὼθ, caniculae sidus exoritur. nam eorum annus Ciuilis solus habet dies CCCLXV. sine ullo interkalari. itaq. quadriennium apud eos uno circiter die minus est, quam naturale quadriennium. eoq. fit, ut anno MCCCCLXI. ad idem reuoluatur principium. Hic annus etiam ἡλιακὸς a quibusdam dicitur; ab alijs θεοῦ ἐνιαυτός. Est praeterea annus, quem Aristoteles Maximum potius, quã Magnum, appellat. quem Solis, & Lunae, ua-

garumq.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

garumq. quinq . ſtellarum orbes conficiunt, cum ad idem ſignum, ubi quondam ſimul fuerunt, una referuntur . cuius anni hiems ſumma eſt κατακλυσμὸς, quam noſtri diluuionem uocant. aeſtas autem ἐκπύρωσις, quod eſt mundi incendium. nam in his alternis temporibus mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere uidetur . hunc Ariſtarchus putauit eſſe annorum uertentiũ duum millium CDXXCIV. Aretes Dyrrhachinus quinq. millium DLII. Heraclitus, & Linus X. millium CC∞ . Dion X . M . C ∞ XXCIV . Orpheus centum XX. Caſſandrus tricies ſexies centum millium . Alij uero infinitum eſſe, nec in ſe umquam reuerti exiſtimauerunt . Sed horum omnium πεντετηρίδας maxime notandis temporibus Graeci obſeruant . id eſt, quatternorum annorum circuitus, quos uocat Olympiadas . & nunc apud eos ducenteſima quinquageſima quarta Olympias numeratur, eiuſq. annus hic ſecundus . Idem tempus anni Magni Romanis fuit, quod Luſtrum appellabant: ita quidem a Ser. Tullio inſtitutum, ut, quinto quoque anno cenſu ciuium habito, Luſtrum conderetur; ſed non ita a poſteris ſeruatum . nam, cum inter primum a Seruio Rege conditum luſtrum, & id, quod ab Imperatore Veſpaſiano V. & Caeſare III. cos. fa-

ctum eſt, anni interfuerint paullo minus DCL. luſtra tamen per ea tempora non plura, quam LXXV. ſunt facta. & poſtea plane fieri deſierũt. Rurſus tamen annus idem Magnus per Capitolinos Agonas coeptus eſt diligentius ſeruari. Quorum Agonum primus a Domitiano inſtitutus fuit die duodecimo eius, & Ser. Cornelij Dolabellae conſulatu. itaq. hoc nunc anno, quo celebratus eſt Agon, undequadraginta numeratur. Quod ad annos pertinet Magnos, in praeſentia ſatis dictum eſt. Nunc de annis uertentibus dicendi locus uidetur.

De Annis Vertentibus. *Cap. VII.*

ANNUS Vertẽs eſt natura, dum Sol, percurrens XII. ſigna, eodem, unde profectus eſt, redit. hoc tempus quot dierum eſſet, ad certum nondum aſtrologi reperire potuerunt. Philolaus annũ naturalẽ dies habere prodidit CCCLXIV, & dimidiatum. Aphrodius CCCLXV, & partem diei octauam. Callippus autem CCCLXV. & Ariſtarchus Samius tantundem, & praeterea diei partem MDXXXII. ſuper. Meton uero CCCLXV, & dierum quinque undeuigeſimam partem. Venopides CCCLXV, & dierum duorum & uiginti partem undeſexageſimam.

mam.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

mam . Harpalus C C C L X V, & horas aequinoctiales X I I I. At noſter Ennius C C C L X V I. Pleriq. praeterea incomprehenſibilem quidem, & innumerabilem eſſe exiſtimauerunt. ſed pro uero, quod proximum putabant, amplexi ſunt dies ſcilicet C C C L X V. Igitur, cum tanta inter uiros doctiſſimos fuerit diſſenſio: quid mirum, ſi anni ciuiles, quos diuerſae ciuitates rudes etiamtum ſibi quaeque ſtatuebant, & tam inter ſe diſcrepent, quam cum illo naturali non congruant? Et in Aegypto quidem antiquiſſimum ferunt annum bimeſtrem fuiſſe; poſt deinde a Piſone Rege quadrimeſtrem factum; nouiſſime annum ad X I I I. menſes, & dies quinq. produxiſſe. Item in Achaia Arcades trimeſtrem annum primum habuiſſe dicuntur, & ob id προσέληνοι appellantur: non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quam Lunae aſtrũ caelo eſſet, ſed quod prius habuerint annum, quam is in Graecia ad Lunae curſum conſtitueretur. ſunt, qui tradant, hunc trimeſtrem Horum inſtituiſſe. eoq. uer, aeſtatem, autumnum, hiemem ὥρους & annum dici, & Graecos annales ὥρους, eorum ſcriptores ὡρογράφους. Itaq. quattuor annorum circuitu in modum πενταετηρίδος annum Magnum dicebant. Cares autem, & Acarnanes ſemeſtres habuerunt

annos

annos inter se dissimiles, quibus alternis diẽ augescerent, aut senescerent: eosq. coniunctos ueluti τριετηρίδα annum Magnum. Sed, ut hos annos omittam, caligine iam profundae uetustatis obductos: in his quoque, qui sunt recentiores memoria, & ad cursum Lunae, uel Solis instituti, quanta sit uarietas, facile est cognoscere, si quis uel in unius Italiae gentibus, ne dicam peregrinis, uelit inquirere. nam, ut alium Ferentini, alium Lauinij, item Albani, uel Romani habuerunt annum, ita & aliae gentes. omnibus tamen fuit propositum, suos ciuiles annos, uarie interkalandis mẽsibus, ad unum uerum illum, naturalemq. corrigere. De quibus omnibus quoniam disserere longum est, ad Romanorum annum transibimus.

De Annis Romanis. *Cap. IIX.*

ANNVM Vertentem Romae Licinius quidem Macer, & postea Fenestella statim ab initio X II. mensium scripserunt. sed magis Iunio Graccho, & Fuluio, & Varroni, & Suetonio, alijsq. credendum est, qui X. mensium putauerunt fuisse: ut tunc Albanis erat, orti unde Romani. [illegible]X. menses dies X X X I V. hoc modo habebant,

Mar-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

	Martius	XXXI.
	Aprilis	XXX.
	Maius	XXXI.
	Iunius	XXX.
	Quinctilis	XXXI.
Sextilis, &	September	tricenos.
	October	XXXI.
Nouember, &	December	XXXI.

Quorum quattuor maiores pleni, ceteri ſex caui uocabantur. poſtea, ſiue a Numa, ut ait Fuluius, ſiue, ut Iunius, a Tarquinio XII. facti ſunt menſes, & dies CCCLV. quamuis Luna XII. ſuis menſibus CCCLIV. dies uideatur explere. ſed, ut dies unus abundaret, aut per imprudentiam accidit, aut, quod magis credo, ea ſuperſtitione, qua impar numerus plenus, & magis fauſtus habebatur. certe ad annum priorem unus & quinquaginta dies acceſſerunt. qui quia menſes duos non implerent, ſex his cauis menſibus ſinguli ſunt detracti, & ad eos additi, factiq. ſunt dies LVII. & ex his duo menſes, Ianuarius undetriginta dierum, Februarius duodetriginta. Atque omnes menſes pleni, & impari numero eſſe coeperunt, excepto Februario, qui ſolus cauus, & ob hoc ceteris infauſtior eſt habitus. Denique, cum interkalarium menſem XXII, uel XXIII. dierum alternis an-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

nis addi placuiſſet, ut ciuilis annus ad naturalem exaequaretur: in menſe potiſſimum Februario inter Terminalia, & Regifugium interkalatum eſt. idq. diu factum, prius quam ſentiretur, annos ciuiles aliquanto naturalibus eſſe maiores. Quod delictum ut corrigeretur, Pontificibus datum eſt negotium, eorumq. arbitrio interkalandi ratio permiſſa. Sed horum plerique, uel ob odium, uel quo quis magiſtratu citius abiret, diutiusue fungeretur, aut publici redemptores anni magnitudine in lucro, damnoue eſſent: plus minusue, ex libidine, interkalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam uitioſe deprauarunt. Adeo aberratum eſt, ut C. Caeſar Pontifex Maximus ſuo III. & M. Aemilij Lepidi conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes interkalares dierum LXIIX. inter menſem Nouembrem, & Decembrem interponeret: cum iam menſe Februario dies III, & XX. interkalaſſet, faceretq. eum annum dierum CDXLV. ſimul prouidens in futurum, ne iterum erraretur. nam, interkalario menſe ſublato, annum ciuilem ad Solis curſum formauit. itaque diebus CCCLV. addidit X. quos per ſeptem menſes, qui dies undetricenos habebant, ita diſtribuit, ut Ianuario, & Sextili, & Decembri bini accederent, ceteris ſinguli:

eosq.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

eosq. dies extremis partibus menſium appoſuit: ne ſcilicet religiones ſui cuiuſque menſis a loco ſummouerentur. Quapropter nunc cum in ſeptem menſibus dies ſinguli, & triceni ſint: quattuor tamen illi primitus inſtituti eo dinoſcuntur, quod nonas habent ſeptimanas: ceteri tres omnes quinctanas. Praeterea pro quadrante diei, qui annum uerum ſuppleturus uidebatur, inſtituit, ut, peracto quadriennij circuitu, dies unus, ubi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia interkalaretur: quod nunc Biſſextum uocatur. Ex hoc anno ita a Iulio Caeſare ordinato, ceteri ad noſtram memoriam Iuliani appellantur, ijq. conſurgunt ex IV. Caeſaris conſulatu. qui, etiam ſi non optime, ſoli tamen ad annum naturae aptati ſunt. nam & priores alij, etiam ſi qui decimeſtres fuerunt, nec Romae modo, * uel per Italiam, ſed & apud gentes omnes quã tum ijdem poſtea fuere correcti. itaque, cum de aliquo annorum numero hic dicetur, non alios par erit, quam naturales accipere. Et, ſi origo mundi in hominum notitiam ueniſſet, inde exordium ſumeremus. Nunc uero id interuallũ temporis tractabo, quod ἱστορικὸν Varro appellat. hic enim tria diſcrimina temporum eſſe tradit. Primum, ab hominum principio ad Cataclyſmũ priorem: Secũdum,

ad Olympiadem primam; quod, quia in eo multa fabuloſa referuntur, μυθικὸν nominatur: Tertium, a prima Olympiade ad nos, quod dicitur ἱστορικὸν: quia res eo geſtae ueris hiſtorijs continentur. Primum tempus, ſiue habuit initium, ſeu ſemper fuit, certe quot annorum ſit, non poteſt comprehendi: Secundum non plane quidem ſcitur, ſed tamen ad mille circiter, & D C. annos eſſe creditur. a priore ſcilicet Cataclyſmo, quem dicunt Ogygis, ad Inachi regnum annis circiter C D. hinc ad Olympiadē primā paullo plus C D. Quos ſolos, quamuis Mythici temporis poſtremos, tamen quia a memoria ſcriptorum proximos, quidam certius definire uoluere. & quidem Soſibius ſcripſit eſſe C C C X C V. Eratoſthenes autem V I I. & C D. Timaeus C D X V I I. Orethes D X I V. & praeterea multi diuerſe: quorum etiam ipſa diſſenſio incertum eſſe declarat. De tertio autem tempore fuit aliqua inter auctores diſſenſio, in ſex, ſeptemue tantummodo annis uerſata. ſed hoc, quodcumque caliginis, Varro diſcuſſit: & pro cetera ſua ſagacitate, nunc diuerſarum ciuitatum conferens tempora, nunc defectus, eorumq. interualla retro dinumerans, eruit uerum, lucemq. oſtendit, per quam numerus certus non annorum modo, ſed & dierum perſpici

ſpici

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ſpici poſſit. ſecundum quam rationem, niſi fallor, hic annus, (cuius uelut index, & titulus quidam eſt Vlpij, & Pontiani conſulatus) ab Olympiade prima M. eſt, & XIV. ex diebus dumtaxat aeſtiuis, quibus Agon Olympicus celebratur. A Roma autem condita C∞XCI. & quidem ex Parilibus, unde Vrbis anni numerantur. Eorum uero annorum, quibus Iulianis nomen eſt, CCXXCIII. ſed ex die Kal. Ian. unde Iulius Caeſar anni a ſe conſtituti fecit principium. At eorum, qui uocantur anni Auguſtani, CCLXV. perinde Kal. Ian. quamuis in ante diem XVI. Kal. Feb. Imp. Caeſar, D. F. Auguſtus, ſententia Munatij Planci, a ſenatu, ceteriſq. ciuibus appellatus eſt, ſe VII, & M. Vipſanio Agrippa III. cos. ſed Aegyptij, quod biennio ante in poteſtatem, ditionemq. Populi R. uenerunt, habẽt Auguſtorum annum CCLXIIX. nam, ut a noſtris, ita ab Aegyptijs, quidam anni in litteras relati ſunt. ut quos Nabonnagarij nominant, quod a primo imperij eius anno conſurgant, quorum hic C∞XXCVI. eſt. Item Philippi, qui ab exceſſu Alexandri Magni numerantur, & ad hunc uſque perducti, annos DLXII. conſummant. ſed horum initia ſemper a die primo menſis eius ſumuntur, cui apud Aegyptios nomen eſt θώθ. quiq. hoc an-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

no fuit ante diem VII. Kal. Iul. cum abhinc annos centum, Pio, & Bruttio Praesente cos. iidem dies fuerunt ante diem XII. Kal. Aug. quo tempore solet Canicula in Aegypto facere exortum. Quare scire etiam licet, anni illius Magni, qui, ut supra dictum est, & Solaris, & Canicularis, & Dei annus uocatur, nunc agi uertentem annum centesimum. Initia autem istorum annorum propterea notaui, ne quis eos aut ex Kalendis Ianuarijs, aut ex aliquo tempore simul putaret incipere: cum his conditorum uoluntates, quae non minus diuersae sunt, quã opiniones philosophorũ, * Iccirco alijs a nouo Sole idest a brumali, ab aestiuo solstitio, plerisq. ab aequinoctio uerno, partim ab autumnali, quibusdam ab ortu Vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis a Canis exortu incipere annus naturalis uidetur.

De Mensibus. Cap. IX.



MENSIUM duo genera. nam alij sunt naturales, alij ciuiles. Naturalium species duae, quod partim Solis, partim Lunae esse dicantur. Secundum Solem fit mensis, dum Sol unumquodq. in Zodiaco orbe signũ percurrit. Lunaris est autem

tem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

tem temporis quoddam ſpatiũ a noua Luna. Ciuiles menſes ſunt numeri quidã dierum, quos unaquaeque ciuitas ſuo inſtituto obſeruat. ut nunc Roma a Kalendis in Kalendas. Naturales & antiquiores, & omnium gentium communes ſunt. Ciuiles, & poſterius inſtituti, & ad unamquamque pertinent ciuitatem. Qui ſunt Caeleſtes, ſeu Solis, ſeu Lunae, nec peraeque inter ſe pares ſunt, nec dies habent totos. quippe Sol in Aquario moratur circiter undexxx. in Piſce fere xxx. in Ariete unum & xxx. in Geminis prope xxxii. & ſic in ceteris inaequabiliter. ſed uſque adeo non totos dies in ſingulis; ut annum ſuum, ideſt dies ccclxv. & portionem neſcio quã adhuc Aſtrologis inexploratam, in xii. ſuos diuidat menſes. Luna autem ſingulos ſuos menſes conficit diebus undetriginta circiter, & dimidiato. ſed & hos inter ſe diſpares, alios longiores, alios breuiores. At ciuitatum menſes uel magis numero dierum inter ſe diſcrepant: ſed dies ubique habent totos. Apud Albanos Martius eſt vi, & xxx. Maius xxii. Sextilis duode xxx. September xvi. Tuſculanorum Quinctilis dies habet xxxvi. October xxxii. idem October apud Aricinos xxxix. Minime uidentur erraſſe, qui ad Lunae curſum menſes ciuiles accommoda-

runt. ut in Graecia plerique, apud quos alterni menſes ad XXX. dies ſunt facti. Maiores quoq. noſtri idem ſunt aemulati: cum annum dierum CCCLV. haberent. Sed D. Iulius, cum uideret hac ratione nec ad Lunam menſes, ut oportebat; neq. annum ad Solem conuenire: maluit annum corrigere: ut ſic etiam menſes, uel cum ueris illis ſolaribus etſi non ſinguli, tamen uniuerſi ad anni finem neceſſario concurrerent. Nomina decem menſibus antiquis Romulum feciſſe, Fuluius, & Iunius auctores ſunt: & quidem duos primos a parentibus ſuis nominaſſe, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite Venere, unde maiores eius oriundi dicebantur. proximos duos a populo, Maium a Maioribus natu; Iunium a Iunioribus; ceteros ab ordine, quo ſinguli erant; Quinctilem uſq. ad Decembrem perinde a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina menſium accepiſſe arbitratur. auctores eorum antiquiores fuiſſe, quam Vrbem, ſatis ἀρχὴ docet. itaque Martium menſem a Marte quidem nominatum credit, non quod Romuli fuerit pater, ſed quod gens Latina bellicoſa. Aprilem autem, non ab Aphrodite, ſed ab Aperiendo: quod tunc fere cuncta gignantur, & naſcendi clauſtra aperiat natura. Maium uero non a Maioribus, ſed a Maia

nomen

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

nomen accepiſſe: quod eo menſe tam Romae, quam antea in Latio res diuina Maiae fiat, & Mercurio. Iunium quoq. a Iunone potius, quam Iunioribus: quia illo menſe maximi Iunoni habentur honores. Quinctilem, quod loco apud Latinos fuerit quincto. Item Sextilem, ac deinceps ad Decembrem, numeris appellatos. Ceterum, Ianuarium, & Februarium, poſtea quidem additos, ſed nominibus iam ex Latio ſumptis. Ianuarium a Iano, cui attributus eſt, nomen traxiſſe; Februarium a Februo. eſt Februum quidquid expiat, purgatque: & Februamenta, purgamenta. item Februare, purgare, & purum facere. Februum autem non idem uſquequaq. dicitur. nam aliter in alijs ſacris februatur, hoc eſt purgatur. In hoc autem menſe Lupercalibus, cum Roma luſtratur, ſalem calidum ferunt, quod Februum appellant. unde dies Lupercalium proprie Februatus, & ab eo porro menſis Februarius uocitatus eſt. Ex his XII. menſibus duorum tantum nomina mutata. nam Quinctilis Iulius cognominatus eſt, C. Caeſare V, & M. Antonio cos. anno Iuliano ſecundo. Qui autem Sextilis fuerat, C. Marcio Cenſorino, C. Aſinio Gallo cos. in Auguſti honorem dictus eſt Auguſtus, anno Auguſtio XX. Quae nomina etiam nunc ad hanc permanent memoriã.

Poſtea

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Poſtea uero multi Principes nomina quaedam menſium mutauere, ſuis nuncupando nominibus. quod aut ipſi poſtmodum mutauerũt, aut poſt obitum eorum illa nomina priſtina ſuis reddita menſibus.

De Diebus. Cap. X.

SVPEREST pauca de Die dicere: qui ut menſis, & annus, partim naturalis, partim ciuilis eſt. Naturalis dies, tempus ab exoriente Sole ad Solis occaſum. Cuius contrarium eſt tempus, nox ab occaſu Solis ad ortum. Ciuilis autem dies uocatur tempus, quod fit uno caeli circuitu. quo dies uerus, & nox continetur. ut cum dicimus, aliquem dies triginta tantum uixiſſe: relinquitur enim etiam noctes intelligere. huiuſmodi dies ab Aſtrologis, & Ciuitatibus quattuor modis definitur. Babylonij quidem a Solis exortu ad exortum eiuſdem aſtri diem ſtatuerunt. At in Vmbria pleriq. a meridie ad meridiem. Athenienſes autem ab occaſu Solis ad occaſum. Ceterum Romani a media nocte ad mediam noctem diem eſſe exiſtimauerunt. Indicio ſunt ſacra publica, & auſpicia etiam magiſtratuum. quorum ſi quid ante medium noctis eſt actum; diei, qui praeterijt, adſcribi-

tur.

tur. ſi quid autem poſt mediam noctem, & ante lucem factum eſt; eo die geſtum dicetur, qui eam ſequitur noctem. idem ſignificat, quod, qui a media nocte ad proximam mediã noctem in his horis quattuor & uiginti naſcũtur, eundem diem habent natalem. In horas XII. diuiſum eſſe diem, noctemq. in totidem, uulgo notum eſt. ſed hoc credo Romae poſt reperta ſolaria obſeruatum. Quorũ antiquiſſimum quod fuerit; inuentu difficile eſt. Alij enim apud aedem Quirini primum ſtatutum dicunt. alij in Capitolio. nonnulli ad aedem Dianae in Auentino. Illud ſatis conſtat, nullum in foro prius fuiſſe, quam id, quod M. Valerius ex Sicilia aduectum ad Roſtra, in columna poſuit. quod cum a climate Siciliae deſcriptum, ad horas Romae non conueniret: L. Philippus cenſor aliud iuxta conſtituit. deinde aliquanto poſt P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua fecit horarium: quod & ipſum, ex conſuetudine noſcendi a Sole horas, Horarium coeptum uocari. Horarium nomen non minus annos CCC. Romae ignoratum eſſe, credibile eſt. nam in XII. tabulis nuſquã nominatas horas inuenies, ut in alijs poſtea legibus, ſed ante meridiem. Eo uidelicet, quod partes diei bifariam tum diuiſi meridies diſcernebat. Alij diem quadripartito, ſed &

noctem

noctem ſimiliter, diuidebant. id ſimilitudo teſtatur militaris, ubi dicitur, Vigilia prima, item ſecunda, & tertia, & quarta. Sunt etiam plura noctis, & diei tempora ſubnotata, proprijsq. diſcreta nominibus, quae apud ueteres poetas paſſim ſcripta inueniuntur. ea omnia ordine ſuo exponam. Incipio a Nocte media, quod tempus principium, & poſtremum eſt diei Romani. Tempus, quod huic proximũ eſt, uocatur De media nocte. ſequitur Gallicinium, cum galli canere incipiunt. deinde Conticinium, cum conticuere. tunc Ante lucem. & ſic Diluculum, cum, Sole orto, iam lucet. ſecundum Diluculum uocatur Mane, cum lux uidetur. Sol poſt hoc ad meridiem. tunc Meridies, quod eſt medij diei nomen. inde De meridie. hinc Suprema. quamuis plurimi Supremam poſt occaſum Solis eſſe exiſtiment: quia eſt in XII. tabulis ſcriptum ſic: SOLIS OCCASVS. SVPREMA. TEMPESTAS. ESTO. Sed poſtea M. Plaetorius tribunus plebiſcitum tulit, in quo ſcriptũ eſt: PRAETOR. VRBANVS QVI. NVNC. EST. QVI. QVE. POSTHAC. ERIT DVOS. LICTORES. APVD. SE. HABETO. IIS. QVE SVPREMAM. AD. SOLEM. OCCASVM. IVS. INTER CIVES. DICITO. Poſt ſupremã dicitur Veſper, ante ortum ſcilicet eius ſtellae, quam Plautus Veſperuginem, Ennius Veſperum, Virgilius

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Heſperon appellāt . inde porro Crepuſculum, ſic fortaſſe appellatum, quia res incertae Creperae dicuntur . idq. tempus noctis ne ſit, an diei, incertum eſt. Poſt ſequitur tempus, quod dicimus Luminibus accenſis, antiqui Prima face dicebant . deinde Concubium, cum itum eſt cubitum . exinde Intempeſta, id eſt multa nox: quia nihil agi tempeſtiuum eſt. tum, Ad mediam noctem, dicitur: & ſic Media nox.

De temporibus, ad pariendum aptis. Cap. XI.

SVPEREST dicere de Temporibus, quibus partus ſoleant eſſe ad naſcendum maturi. Qui locus eo mihi cura maiore ttactandus eſt, quod quaedam neceſſe ſit de aſtrologia, muſicaque, & arithmetica attingere . Iam primum, quoto poſt conceptionem menſe infantes edi ſoleat, frequenter agitatum inter ueteres, nondum conuenit. Hippon Metapontinus a ſeptimo ad decimum menſem naſci poſſe exiſtimauit . nam ſeptimo partum iam eſſe maturum, eo quod in omnibus numeris ſeptenarius plurimum poſſit: ſiquidem ſeptimis formentur dentes menſibus, additisq. alteris, recti conſiſtere incipiamus.

&,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

&, cum poſt ſeptimum menſem dentes nobis innaſcantur, ijdem quoq. poſt ſeptimum cadant annum. quartodecimo autem pubeſcere ſoleamus. ſed hanc a ſeptem menſibus incipientem maturitatem, uſq. ad decimum perductam. ideo quod in alijs omnibus haec eadem natura eſt, ut VII. menſibus, annis ue, tres aut menſes, aut anni ad conſummationem accedant. nam dentes ſeptem menſium infanti naſci, & maxime decimo perfici menſe. ſeptimo anno primos eorum excidere, decimo ultimos: poſt quartumdecimum annum non nullos, ſed omnes intra ſeptimumdecimum annum pubeſcere. Huic opinioni in parte ali qui repugnant, alij in parte conſentiunt. nam ſeptimo menſe parere mulierem poſſe, plurimi affirmāt, ut Theano Pythagorica, Ariſtote les Peripateticus, Diocles, Euhenus, Straton, Empedocles, Epigenes, multiq. praeterea, quorum omnium conſenſus Euthyphronem Cnidium non deterret, id ipſum intrepide per negantem. contra eum ferme omnes, Epichar mum ſecuti, octauo menſe naſci negauerunt. Diocles tamen Caryſtius, & Ariſtoteles Stagirites aliter ſentiunt. Nono autem, & decimo mēſe tum Chaldaei plurimi, & idem Ariſtote les edi poſſe partum putauerunt. Neque Epi genes Byzantius nono fieri poſſe contendit.

nec

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

nec Hippocrates Cous decimo. Ceterum XI. menſe Ariſtoteles ſolus recipit, ceteri uniuerſi improbarũt. Sed nunc Chaldaeorũ ratio breuiter tractanda eſt, explicãdũque, cur VII. mẽſe, & IIX. tãtũ, poſse naſci homines arbitrẽtur.

Rationes Chaldaeorum de tempore Partus.

ANTE omnia igitur dicunt actum, uitamq. noſtrã ſtellis tã uagis, quã ſtatibus, eſſe ſubiectã. earumq. uario, multipliciq. curſu genus humanum gubernari, ſed ipſarum motus, ſchemataque, & effectus a Sole crebro immutari. nam, ut aliae occaſum, nonnullae ſtationem faciant, noſq. omnes hac ſua diſparilitate pariter afficiant; Solis fieri potentia. itaq. cum, qui ſtellas ipſas, quibus mouemur, permouet, animã nobis dare, qua regamur; potentiſſimũq. in nos eſſe; moderariq. quãdo poſt conceptionẽ ueniamus in lucẽ. ſed hoc per tres facere conſpectus. Quidquid autem ſit Conſpectus, & quot eius genera, ut liquido perſpici poſſit, pauca praedicam.

De circulo Zodiaci, & de adſpectibus.

CIRCVLVS eſt, ut ferunt, ſignifer, quem Graeci uocant ζωδιακὸν: in quo Sol, & Luna, ceteraeq. ſtellae

uagae

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

uagae feruntur. hic in XII. partes totidem ſignis redditas aequabiliter diuiſus eſt. eum Sol annuo ſpatio metitur: ita in unoquoq. ſigno ferme unum menſem moratur. ſed ſignum quodlibet cum ceteris ſingulis habet mutuum conſpectum, non tamen uniformem cum omnibus. nam ualidiores alij, infirmiores alij habentur. igitur, quo tempore partus concipitur, Sol in aliquo ſigno ſit, neceſſe eſt; in aliqua eius particula, quem locum conceptionis proprie appellant. Sunt autem hae particulae in unoquoq. ſignò tricenae; totius uero Zodiaci, numero CCCLX. has μοίρας Graeci cognominant: eo uidelicet, quod deas Fatales uocant μοίρας. & hae particulae nobis ueluti fata ſunt. nam, qua potiſſimum Oriente naſcantur, plurimum refert. Sol ergo cum in proximum ſignum tranſſcendit, locum illum conceptionis aut imbecillo uidet conſpectu, aut etiam nec conſpicit. nam plures proximantia ſibimet zodia inuicem ſe uidere omnino negauere. at, cum in tertio eſt ſigno, (hoc eſt uno medio interpoſito) tum primum illum locum, unde profectus eſt, uidere dicitur, ſed ualde obliquo, & inualido lumine; qui conſpectus dicitur καθ᾽ ἑξάγωνον, qui ſextam partem circuli ſuccidit. natura cuius a primo zodio ad tertium, ſic a tertio ad quin-

ctum, inde porro ad ſeptimum, ac deinceps alternae lineae emittantur hexagoniae, quae lateralis forma in eodem ciculo ſcriberetur. hunc quidam conſpectum non uſquequaque receperunt, quod minimum ad maturitatem partus uideatur conferre. cũ uero in quartum ſignum peruenit, & media duo ſunt, uidelicet κατὰ τετράγωνον. quoniam illa linea, qua uiſus pertendit, quartam partem orbis abſcidit. cum autem in quincto eſt, tribus interiacentibus medijs, κατὰ τρίγωνον adſpicit. nam tertiam ſigniferi partẽ uiſus ille metitur. quae duae uiſiones τετράγωνι, καὶ τρίγωνι perquam efficaces incrementum partus multum adminiculant. ceterum a loco ſexto conſpectus omni caret efficientia. eius enim linea nullius polygoni efficit latus. at a ſeptimo zodio, quod eſt contrarium, pleniſſimus, potentiſſimuſq. conſpectus quoſdam iam maturos infantes educit, qui ſeptimeſtres appellantur, quia ſeptimo mẽſe naſcuntur. at, ſi intra hoc ſpatium matureſcere uterus non potuerit, octauo menſe non editur, (ab octauo enim ſigno, ut a ſexto, inefficax uiſus) ſed uel nono menſe, uel decimo. Sol enim a nono zodio particulam conceptionis rurſum conſpicit κατὰ τρίγωνον, & a decimo κατὰ τετράγωνον. qui conſpectus, ut ſupra iam dictum eſt, perquam efficaces

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

sunt. Cererum undecimo non putant nasci, quia languido iam radio infirmum lumen καθ᾽ ἑξάγωνον mittatur. Multo minus duodecimo, unde conspectus pro nullo habetur. itaq. secundum rationem hanc ἑπτάμηνοι nascuntur κατὰ διάμετρον. ἐννεάμηνοι autem κατὰ τρίγωνον. δεκάμηνοι uero κατὰ τετράγωνον.

Opiniones Pythagoricae de Partu.

HAc Chaldaeorum sententia explicata, transeo ad opinionem Pythagoricam, Varroni tractatam in libro, qui uocatur Tubero, & intus inscribitur De origine humana. quae quidem ratio praecipue recipienda ad ueritatem proxime uidetur accedere. alij enim pleriq. cum omes partus non uno tempore fiant maturi, una tamen eademq. tempora omnibus conformandis dederunt. ut Diogenes Apolloniates, qui masculis ait corpus quattuor mensibus formari, at feminis quinque. ut Hippon, qui diebus LX. infantem scribit formari; & quarto mense carnem fieri concretam; quincto ungues, capillos ue nasci; septimo iam hominem esse perfectum. Pythagoras autem (quod erat credibilius) dixit partus esse genera duo, alterum VII. mensium, alterum X. sed priorem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

alijs dierum numeris conformari, alijs posteriorem. eos uero numeros, qui in unoquoq. partu aliquid ferunt mutationis, dum aut semen in sanguinem, aut sanguis in carnem, aut caro in hominis figuram conuertitur, inter se collatos rationem habere eam, quam uoces habent, quae in Musica σύμφονοι uocantur. Sed, haec quo sint intellectu apertiora, prius aliqua de Musicae regulis huic loco necessaria dicentur: eo quidem magis, quod ea dicam, quae ipsis Musicis ignota sunt. nam sonos scienter tractauere, & congruenti ordine reddidere illos. ipsis autem sonis motuum modum, mensuramq. inuenere Geometrae magis, quam Musici.

De Musica.

MVSICA igitur est scientia bene modulandi. haec autem in uoce. sed uox alias grauior innititur, alias acutior. singulae tamen uoces simplices, & utcūq. emissae φθόγγοι uocantur. discrimen uero, quo alter φθόγγος acutior est, alter grauior, appellatur διάστημα. Inter infimam, summamq. uocem multa esse possunt in ordine posita: quare διαστήματα alia alijs maiora, minora ue. ut est illud, quod τόνον appellant, uel

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

hoc minus ἡμιτόνιον, uel duorum, trium ue, ac deinceps aliquot tonorum interuallum. ſed non permixtae uoces omnes cum alijs ut libet iunctae concordabiles in cantu reddunt effectus. ut litterae noſtrae, ſi inter ſe paſſim iungantur, & non congruenter, ſaepe nec uerbis, nec ſyllabis copulandis concordabunt: ſic in muſica certa quaedam ſunt interualla, quae ſymphonias poſſint efficere. Eſt autem ſymphonia duarum uocum diſparium inter ſe iunctarum dulcis concentus. Symphoniae ſimplices, ac primae ſunt tres, quibus reliquae conſtant: una duorum tonorum, & hemitonij, habens διάστημα; quae uocatur διὰ τεσσάρων: altera trium, & hemitonij, quam uocant διὰ πέντε: tertia eſt διὰ πασῶν: cuius διάστημα continet duas priores: eſt enim ſex tonorum, ut Ariſtoxenus, Muſiciq. aſſeuerant; uel quinque, & duorum hemitoniorum, ut Pythagoras, Geometraeq. demonſtrant tria hemitonia tonum complere non poſſe. quare etiam huiuſmodi interuallū Plato abuſiue ἡμιτόνιον, proprie δίεσιν uel λεῖμμα appellat. Nūc uero, ut liquide appareat, quemadmodū uoces, nec ſub oculos, nec ſub tactū cadentes, habere poſſint menſuras: admirabile Pythagorae referam commentum: qui, ſecreta naturae ſcrutando, reperit phthongos mu-

ſicorum

ſicorum conuenire ad rationem numerorum: nam chordas aeque craſſas, pariq. longitudine diuerſis ponderibus tetendit. quibus ſaepe pulſis, phthongis ad ullam ſymphoniam concordantibus, pondera mutabat inter ſe collata: &, identidem frequenter expertus, poſtremo deprehendit, tunc duas chordas concinere id, quod eſt διὰ τεσσάρων, cum earũ pondera inter ſe collata rationem haberent, quam tria ad quattuor. quem Phthongum Arithmetici, Graeci Ἐπίτριτον uocant, Latini Super tertium. At eam ſymphoniam, quae diapente dicitur, ubi inuenitur ponderum diſcrimen in ſeſquitertia proportione, quam duo faciunt ad tria collata, quod ἡμιόλιον appellant. cum altera chorda, duplo maiore pondere, quam altera, tenderetur, & eſſet διπλασίῳ locus, διὰ πασῶν ſonabat. hoc & in tibijs an conueniret, tentauit: nec aliud inuenit. nam quattuor tibias pari cano parauit, impares longitudine. Primam (uerbi cauſſa) longam digitos ſex: ſecundam, tertia parte addita, ideſt digitorum octo: tertiam digitorum nouem, longiorem, quam primam: quartam uero duodecim digitorum, quae primam longitudine duplicaret. His itaque inflatis, & binarum facta collatione, omnium muſicorum auribus approbauit, primam, & ſecundam red-

dere eam conuenientiam, quam reddit diateſſaron ſymphonia. ibiq. eſſe proportionem ſupertertiam. Inter primam uero, ac tertiam tibiam, ubi ſeſcupla proportio eſt, reſonare diapente. Primae autem, & quartae interuallum, quod habet duplam proportionem, διάστημα facere διὰ πασῶν. ſed inter tibiarum, chordarumq. naturã hoc intereſt, quod tibiae incremẽto longitudinis fiunt grauiores; chordae autem, augumento additi ponderis, acutiores. utrobique tamen eſt eadem proportio.

Pythagorae opinio de Partu.

HIS expoſitis, forſitan quidem obſcure, ſed quam potui luciðiſſime, redeo ad propoſitum: ut doceam, quid Pythagoras de numero dierum ad partus pertinentium ſenſerit. Primum, ut ſupra memoraui, generaliter eſſe partus omnino duos dixit: alterum minorem, quem uocant ſeptimeſtrem, qui decimo, & ducenteſimo die poſt conceptionem exeat ab utero; alterum maiorem decimeſtrem, qui edatur die CCLXXIV. quorum prior, ac minor ſenario maxime continetur numero. nam, quod ex ſemine conceptum eſt, ſex, ut ait, primis diebus humor eſt lacteus: deinde, pro-

ximis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ximis octo, ſanguineus: qui octo, cum ad primos ſex acceſſerunt, faciunt primam ſymphoniam diateſſaron: tertio gradu nouem dies accedunt, iam carnem facientes . hi, cum ſex illis primis collati, ſeſcuplam faciunt rationem, & ſecundam ſymphoniam diapente . tum deinceps ſequentibus duodecim diebus, fit corpus iam formatum . horum quoq . ad eoſdem ſex collatio, tertiam diapaſon reddit, ſymphoniam duplici ratione ſubiectam . hi quattuor numeri, VI, IIX, IX, XII, coniuncti faciunt dies XXXV. nec immerito ſenarius fundamentum gignendi eſt. nam eum τέλειον Graeci, nos autē perfectum uocamus: quod eius partes tres, ſexta, & tertia, & dimidia, ideſt, unus, duo, tres, eundem ipſum perficiant. ſed, ut initia ſeminis, & lacteum illud conceptionis fundamētum primitus hoc numero abſoluitur: ſic hoc initium formati hominis, & uelut alterum matureſcendi fundamentum, quod eſt quinque, & triginta dierum ſexies ductum, cum ad diem CCX. peruenerit, maturum procreatur. Alter autem ille partus, qui maior eſt, maiore numero continetur, ſeptenario ſcilicet, quo rota humana finitur, & ut Solon ſcribit, & Iudaei in dierum omnium numeris ſequuntur, & Etruſcorum libri Rituales uidentur indicare.

Hippocrates quoque, alijq. medici in corporum ualetudinibus non aliud oſtendunt. nam ſeptimum quemq. diem κρισιμὸν obſeruant. itaque, ut alterius partus origo in ſex eſt diebus, poſt quos ſemen in ſanguinem uertitur: ita huius in ſeptem. &, ut ibi quinque, & xxx. diebus infans membratur: ita hic proportio eſt diebus fere quadtaginta. quare in Graecia dies habent quadrageſimos inſignes. namq. praegnans, ante diem xl. non procedit in fanum. & poſt partum xl. diebus pleraeq. fetae grauiores ſunt, nec ſanguinem interdum continent. & paruuli ferme per hos morbidi ſine riſu, nec ſine periculo ſunt. ob quam cauſſam, cum is dies praeterijt, diem feſtum ſolent agitare. quod tempus appellant τεσσαρακοστόν. Hi igitur dies xl per ſeptem illos initiales multiplicati, fiunt dies ccxxc, ideſt hebdomades xl. Sed, quoniam ultimae illius hebdomadis primo die editur partus, ſex dies decedunt, & cclxxiv. obſeruantur. qui numerus dierum ad tetragonum illum Chaldaeorum conſpectum ſubtiliter con gruit. nam cũ ſignif. rum orbẽ dies ccclxv, & aliquot horis Sol circumeat: quarta neceſſe eſt parte dempta, ideſt diebus lxxii, aliquotq. horis, tres quadras, reliquis diebus cclxxiv. non plenis, percurrat uſque

dum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

dum perueniat ad id loci, unde conceptionis initium quadratus adſpiciat. Vnde autē mens humana dies iſtos commutationis ſpeculari, & arcana naturae rimari potuerit: nemo miretur. haec enim frequens medicorum experientia peruidit: qui, cum multas animaduerterent ſemen non retinere conceptum: compertum habuerunt, id, quod intra ſex dies, ſeptemue eijciebatur, eſſe lacteum, & uocari ἔκρυσιν; quod poſtea autem, ſanguineum, idq. ἔκτρωμα appellatur. Quod uero ambo partus uideantur paribus dierum numeris contineri: Pythagoras in partem laudet: tamen a ſecta non diſcrepat. duos enim impares C C I X, & CCLXXIII. dicit expleri: ad quorum conſummationem aliquid ex ſequentibus accedere, quod tamen diem ſolidum non afferat. cuius exemplum uidemus tam in anni, quam menſis ſpatio ſeruaſſe numerum. cum & anni imparem dierum CCCLXV. numerum aliquanto cumulauerit; & menſi lunari ad dies unde XXX. aliquid addiderit. Nec uero incredibile eſt, ad noſtros Natales muſicam pertinere. haec enim, ſiue in uoce tantummodo eſt, ut Socrates ait; ſiue, ut Ariſtoxenus, in uoce, & corporis motu; ſiue in his, & praeterea in animi motu, ut putat Theophraſtus: certe multum obtinet diuinitatis, & animis permouen-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

dis plurimum ualet. nam, niſi grata eſſet immortalibus dijs, qui ex anima conſtant diuina: profectò ludi ſcenici placandorum deorum cauſſa inſtituti non eſſent: nec tibicen omnibus ſupplicationibus, in ſacris aedibus adhiberetur: nō cum tibicine triumphus ageretur Marti: non Apollini cythara, non muſis tibiae, ceteraq. id genus eſſent attributa: non tibicinibus, per quos numina placantur, eſſet permiſſum, ut ludos publice facere, aut ueſci in Capitolio, aut Quinquatribus Minuſculis, ideſt idibus Iunijs, Vrbes, ueſtitu quo uellent, perſonatis, temulētiſq. peruagari. Hominū quoque mētes, & ipſae (quamuis Epicuro reclamāte) diuinae, ſuam naturā per cantus agnoſcunt. denique, quo facilius ferant laborem, uel in nauis metu a uectore ſymphonia adhibetur. legionibus quoque in acie dimicantibus etiam metus mortis claſſico depellitur. ob quam rē Pythagoras, ut animū ſua ſemper diuinitate imbueret, prius quā ſe ſomno daret, & cū eſſet experrectus, cythara, ut ferūt, cantare cōſueuerat. & Aſclepiades medicus phreneticorum mētes, morbo turbatas, ſaepe per ſymphoniā ſuae naturae reddit. Herophilus autē, artis eius profeſſor, uenarum pulſus rhythmis muſicis ait moueri. itaque, ſi & in corporis, & animi motu eſt harmonia: proculdubio a na-

talibus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

talibus noſtris Muſica non eſt aliena.

De ſpatio terrae, & ſiderum diſtantia.

AD HOC accedit, quod Pythagoras prodidit, hunc totum mundum Muſica factum ratione: ſeptemq. ſtellas inter caelum, & terram uagas, quae mortalium geneſes moderantur, motum habere ἔυρυθμον, & interualla Muſicis diaſtematis habere congrua, ſonituſq. uarios reddere, pro ſua quaeque altitudine, ita concordes, ut dulciſſimam quidem concinant melodian, ſed nobis inaudibilem, propter uocis magnitudinem, quam non caperent aurium noſtrarum anguſtiae. nam, ut Eratoſthenes Geometrica ratione colligit, maximum terrae circuitum eſſe ſtadiorum CCLII. millium: ita Pythagoras, quot ſtadia inter terram, & ſingulas ſtellas eſſent, iudicauit. Stadium autem in hac mundi menſura id potiſſimum intelligendum eſt, quod Italicum uocant, pedũ DCXXV. nam ſunt praeterea & alia, longitudine diſcrepantia. ut Olympicum, quod eſt pedum DC; item Pythicum, pedum ∞. Igitur a terra ad Lunam Pythagoras putauit eſſe ſtadiorum circiter CXXVI. millia. idq. eſſe toni interuallum. a Luna autem ad Mercurij ſtellam, quae

στίλβων uocatur, dimidium eius, uelut ἡμιτόνιον. hinc ad φώσφορον, quae eſt Veneris ſtella, fere tantundem, hoc eſt aliud ἡμιτόνιον. inde porro ad Solem, ter tantum, quaſi tonum, & dimidium. itaq. Solis aſtrum abeſſe a terra tonos tres, & dimidium, quod uocatur diapente; a Luna autem duos, & dimidium, quod eſt diateſſaron; a Sole uero ad ſtellam Martis, cui nomen eſt Πυρόεις, tantundem interualli eſſe, quantum a terra ad Lunam, idq. facere τόνον. hinc ad Iouis ſtellam, quae φαέθων appellatur, dimidium eius, quod facit ἡμιτόνιον. tantundem a Ioue ad Saturni ſtellã, cui φαίνων nomen eſt, ideſt aliud ἡμιτόνιον. inde ad ſummum caelum, ubi ſigna ſunt, perinde ἡμιτόνιον. itaq. a caelo ſummo ad Solem diaſtema eſſe diateſſaron, ideſt duorum tonorum, & dimidij. ad terrae autem ſummitatem ab eodem caelo tonos eſſe ſex, in quibus ſit διὰ πασῶν ſymphonia. Praeterea multa, quae Muſici tractant, retulit. Stellas, & hunc omnem mũdum ἐναρμόνιον eſſe oſtendit. quare Dorylaus ſcripſit, eſſe mundum organum Dei. alij addidere, eſſe idem azonion, quia ſeptem ſint uagae ſtellae, quae plurimum moueantur. Sed his omnibus ſubtiliter tractandis hic locus non eſt. quae ſi uellem in unum librum ſeparatum congerere: tamen in anguſtijs uerſarer.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ſarer. Quin potius (quoniam me longius dulcedo Muſicae abduxit) ad propoſitum reuertor.

Diſtinctiones aetatum hominis, ſecundum opiniones multorum. Cap. XII.

IGITVR, expoſitis his, quae ante diem Natalem ſunt: nunc, ut climacterici anni noſcantur, quid de gradibus aetatis humanae ſenſum ſit, dicam. Varro quinque gradus aetatis putat aequabiliter eſſe diuiſos. unumquemque ſcilicet, praeter extremum, in anno XV. itaque primo gradu uſque ad annum XV. Pueros dictos, quod ſint Puri, ideſt impubes. Secundo ad XXX. annũ Adoleſcentes, ab Adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu, qui erat uſque ad quinque, & quadraginta annos, Iuuenes appellatos, eo quod remp. in re militari poſſent iuuare. In quarto autem uſq. ad LX. annum Seniores eſſe uocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde, uſq. in finem uitae uniuſcuiuſque, quinctum gradum factum. in quo qui eſſet, Senex appelletur, quod ea aetate corpus ſenio laboret. Hipprocrates medicus in VII. gradus aetates diſtribuit. finem primae putauit eſſe VII. annum: ſecun-

dae

dae XIV: tertiae duodetrigeſimum: quartae XXXV: quinctae duo & quadrageſimum: ſextae LVI: ſeptimae nouiſſimum annum uitae humanae. Solon autem partes fecit decem: & Hipprocrates gradum tertium, & ſextum, & ſeptimum, ſingulos bifariam diuiſit, ut unaquaeq. aetas annos haberet ſeptenos. Staſeas Peripateticus ad has Solonis decem hebdomadas addidit duas, & ſpatium plenae uitae quattuor & XXC. annorum eſſe dixit. quem terminum uitae ſi quis praeterit, facere idem, quod σταδιοδρόμοι, ac quadrigae faciunt, cum extra finem procurrunt. Etruſciſque libris fatalem aetatem hominis XII. hebdomadibus deſcribi Varro commemorat. quae ad decies ſeptenos annos poſſet fatalia deprecando rebus diuinis proferre. ab anno autem LXX. nec poſtulari debere, nec poſſe a dijs impetrari. Ceterum poſt annos XXCIV. a mente ſua homines abire, neque his fieri prodigia. Sed ex his omnibus proxime uidentur acceſſiſſe naturam, qui hebdomadibus humanam uitam emenſi ſunt. fere enim poſt ſeptimum quemque annum articulos quoſdam, & in his aliquid noui natura oſtendit: ut & in elegia Solonis cognoſcere datur.

Παῖς

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
  Φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἑπτ' ἔτεσιν:
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτούς
  Ἥβης δὲ φανείσης σπέρματα γινομένων.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γενύων
  Λαχνοῦται χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.
Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος
  Ἰσχύν, ἥντ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι,
  Καὶ παίδων ζητεῖν εἰς ὀπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καρτύνεται νόος ἀνδρός,
  Οὐδ' ἐσιδεῖν ἔθ' ὁμοίως ἔργα μάταια θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος.
  Ὀκτὼ δ' ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μετριώτερα δ' αὐτοῦ
  Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν σῶμα τε καὶ δύναμις.
Τῇ δεκάτῃ δ' ὅτε δή τελέσῃ θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτούς,
  Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχει θανάτου.

Quam ſic uertit Gregorius Gyraldus:

Impubes & adhuc infans cum ſepta molaris
* Educit primum, ſeptimus annus erit.*
Cumq. alios ſeptem Deus huic perfecerit annos,
* Apparent pubis mollia ſigna nouae.*
Tertia mox ueſtit tenera lanugine malas,
* Heu nimis aetatis flos cito praeteriens.*
Iam iuuenem vireſq. facit tibi ſeptima quarta,
* Virtutis profert certaq. ſigna uiri.*
Coniugijs aetas maturum quinčta miniſtrat,
* Natorum, & quibus eſt poſteritatis amor.*
Sexta homini mentem cunčtos adducit ad uſus,
* Qui queat ingenio rebus adeſſe ſuis.*

Septima

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Septima mente ualet, ualet et lingua, et ſimul iſti
Octaua, ambae annis quattuor atque decem.
Nona aetate etiam mage mollia dicere quibit,
Virtutem ad magnam lingua etiam et ſophia.
Si quiſquam ad decimae mẽſurã exegerit annos,
Intempeſtiuam non habet ille necem.

Gentianus autem Heruetus ſic:

Infans ſeptenos poſtquam compleuerit annos,
Producti dentes uallus ut oris erunt.
Poſtquã ſeptẽ alios Deus huic conceßerit annos,
Fit pubes, ſemenq. huic genitale datur.
Verum ſeptẽ alijs poſtquã annis creuerit aetas,
Denſa ſeges barbae contegit orta genas.
Additus eſt illi cum ſeptenarius alter,
Vir tum uirtutis fortia ſigna dabit.
Sed monet adueniens uxorem ducere quinctus,
Poſteritatis & hunc tum meminiſſe ſuae.
Sollers ingenium, firma et prudentia ſexto eſt,
Stulta nec hunc deinceps facta uidere iuuat.
Septimus acceſſit cum ſeptenarius, atque
Octauus, lingua pollet, & ingenio.
Nono aliquid poßunt, ſed iã minuuntur in illo,
Vires, quis peragunt fortia facta uiri.
Sed decimus cũ alios ſeptem perfecerit annos,
Maturam mortem triſtia fata dabunt.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

De naturali inſtitutione. Cap. XIII.

INITIA rerum eadem elementa, & principia dicuntur. ea Stoici credunt tenorem, atque materiam. Tenorem, qui, rareſcente materia, a medio tendat ad ſummum; eadem concreſcente, rurſus a ſummo referatur ad medium. Thales Mileſius aquam principium omnium rerum eſſe dixit. & alias opiniones ſupra retuli. Stoicorum opinio probanda, qui cum arte compoſitum mundi opus conſiderarent, introduxerunt Naturam prouidam, ac ſapientem, quam ordo impermutabilis oſtenderet: induſtria factum pronunciauerunt. ſiue perpetuus, ſiue longaeuus eſt mundus, & in flammas abit, & uiciſſim ex flammis renouatur, ac reſtituitur, durantibus tamen principijs nec recidere ad nihilum uideri poteſt. Quod in ſe deficit, in ſe regignitur. & conſtat quidem quattuor elementis, terra, aqua, igne, aere. cuius principalem ſolem quidam putant, ut Cleanthes; ut Chryſipus, aethera. cuius motu perenni ſubiecta tenentur, & adminiſtrantur, & ipſe quidem aether nihil patitur. Aera aethera ſupra infra aquam aera ſupra aquam infra terram. Terra ex omnium permixtione progignit, & tempe-

rantia fouetur, intemperantia laeditur. Inuicem porro elementa ſuccedere, & interitu ſingulorum fieri ſempiterna, manifeſtum eſt.

De Caeli poſitione. Cap. XIV.

CAELVM circulis quinque diſtingui tur. quorum duo extremi maxime frigidi: Auſtralis humillimus, & Aquilonius excelſiſſimus. his utrimque proximi παράλληλοι uocantur, ut ita dixerim, aequi diſtantes. ijdem tropici, ijdem ſolſtitiales; alter hibernus, per quem Sol, tranſmittens octauam partem Capricorni, ſolſtitium hibernum facit; alter aeſtiuus, per quem Sol octaua parte Cancri ſolſtitium aeſtiuum facit; medius eſt aequinoctialis, qui octaua parte arietis aequinoctium uernum, octaua librae autummale conſtituit. ut circuli in caelo, ſic in terra zonae uocantur. inhabitales infra frigidos circulos ob rigorem, quo ab alijs longiſſime Sol abeſt. item in radios aequinoctiales, quod ſub uertice Solis eſt. ſub quo quidam habitare putant Cydropiae, & Aethiopiae magnam partem. item plurimas inſulas maris Rubri, alioſq. uertices, eminentiaſq. terrarum noſtris ampliores ſub Tropicis habitare, nihil dubium eſt. noſter ſolſtitialis aeſtiuus eſt

excelſus, atque arduus. diuiſi a nobis circulo aequinoctiali Ἀντίχθονες nominantur. uidentur humiles, atque depreſſi. quibuſq. Antipodes infra ſunt. quod ut poſſe uideatur, efficiũt flexus, obliquitatesq. terrarũ. Ἀντίχθονες iidem, & Ἀντίστοιχοι, & Ἀντίσκοποι nominãtur.

INCIPIT ſignifer non ab extremo circulo, nec ad extremum pertenditur: ſed ab intimo Tropico auſtrali, brumaliq. eodem per aequinoctialem ad ſummum ſolſtitialem, eundemq. aeſtiuum per medium longitudinis, latitudinisq. porrectus in obliquum. Circuli ſigniferi partes CCCLX. ſigna XII. partium ſingula tricenarum: quorum quaedam minora, quaedam ampliora, & poploanaphora dicunt. ſed compenſatio quinque partes creditur applicare, ut ſint omnes ſigniferi partes CCCLXV. Horum incipientia ab Ariete altera ſunt maſculina, maſculorum natalibus; alia feminina, feminarum conuenientia. item quartum eorum quoque aut tropicum, aut ſolidum, aut deforme. Incipiet dinumeratio ab Ariete, quod ſignum tropicum eſt. Tropicorum duo ſunt aequinoctialia, Aries, & Libra: duo ſolſtitialia, Capricornus, & Cancer. Tropicis maxima ſolida antepoſita. his biformia

λείπει.

De Stellis, & Planetis. Cap. XV.

STELLARVM aliae cum caelo ferũtur: ideoque, quod non excedant suos locos, Fixae nominantur. aliae contra caelum, & in ortus caeli eunt. sed mundi celeritate uictae occidere uidentur cum eo, quamuis cursum suum peragant. Sol maximum sidus aetheris medij limite ignescit singulis diebus, & noctibus peragit singulas partes. signiferum peruadit annum. Luna de Sole flammatur. ambit circuitu breuissimo terrae triginta diebus. adeo uicina uertici terrae, iunctaque, ut in umbram eius incidere soleat, & uideri deficere. eadem cum subijt Solem, & substitit radijs, facit obscurationem, quae defectio Solis uidetur. Interim tamen caua, paucioribus, quam XXX. diebus, circulum suum transit. Saturni stella per maximum ambitum fertur. ideoq. tricenis mensibus singulis signis resistit. Per triginta annos signiferũ pertransit, frigida, & sterilis, infecunda terris nascentibus facit aduersa diuturna, nec subita. Iouis stella in singulis signis anno manet, signiferum XII. annis euadit. Salutaris, & temperata, & uniuersis euntibus prospera. Martis stella non eodem spatio signis singulis haeret,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ſed ſigniferum annis fere nouem peruagatur. ignea, intemperans, & in aduerſis, & in mortalibus ſubita, uel perit repentinis morbis, uel ferro perimit. Stellae Mercurij, & Veneris Solem ſequuntur, eademq. ſpatia cuſtodiunt. Mercurij ſtella fit ſimilis illi, quam uidet; Veneris, genitalis, & roſcida, & proſpera, & ſalutaris. Lunam globum ſuum creditum eſt habere, ſed ignem a Sole concipere, &, quantum percutitur, ardeſcere. quantum igitur a Sole diſcedit, augetur. cum uero contra ſtetit, toto feritur aduerſo; &, uelut ſpeculum, non uim, ſed imaginem reddit. hac creſcente uniuerſa gignentia pubeſcunt, tenueſcente tenuantur. humor etiam, & ſpiritus omnis augeſcit, tumeſcir Oceanus, deinde cũ ipſius fulgore conſidit. Diuerſi ergo caeli, & uagantium ſtellaram concurſu quod temperatur, utrimque deteritur, & infra fluit. id excipit Luna, & Soli tradit; quo & animalia uigeſcunt, & humus quodam modo animatur genitali calore, &, ut ita dixerim, uiuo. Plurimum in origine ualent, quae in ortu ſunt: languent in occaſu. ortum facit ſtella, quam Sol praeterit, deinde ſtationem matutinam, cum a quincto loco Solis ſteterit. in eodem manet ſigno, donec ab eodem Sole moueatur. quod contraria eſt Soli, mane occidit, oritur ſimul

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

nocte, & uocatur ἀκρόνυχος· deinde rurſus altero latere a quincto ſigno deprehenſa, pomeridianam ſtationem facit: donec, ingreſſo Sole, idem ſignum ſub radijs eius delitescat, & in totum occidat. adſpiciunt inter ſe ſtellae ex quincto ſigno, quod dicitur trigonum, & habent maximam conſenſionem; item a quarto, quod dicitur tetragonum, & κέντρον uocatur. & in alterutrum, maximũ praeſtant effectum. item ex contrario, quod eſt ſeptimum ſignum, eſtq. maxime aduerſum. cetera diſſident, uel leuiter adſpiciunt, ut tertium quodque, quod dicitur hexagonum. Signa Tropica peregrinationibus praeſunt, & omnino mobilibus & in conſilijs ſubinde uariant, atque permutant. Biformia geminatione, rerum omnium repetitionem ſignificant, & iterim dilatione ſolida uehementer, & inſtanter efficiunt; & ad exitum uel proſpera, uel aduerſa perducunt: ſicut adſpiciuntur a ſtellis, uel fauentibus, uel repugnantibus. Multum tamen refert, cuius quaeque ſtellae domus, aliena ne, an ipſius ſit. Domus Solis Leo; Lunae Cancer; Mercurij Virgo, & Gemini; Veneris Libra, & Taurus; Martis Scorpio, & Aries; Iouis Sagittarius, & Piſcis; Saturni Capricornus, & Aquarius. Nocturnis originibus fauent Luna, Mars, Venus. plus die poſſunt Sol, Saturnus, Iuppiter.

Mercu-

Mercurius uarie & quo modo consensit, aut uisus est.

De Terra. Cap. XVI.

TERRA media omnium rerum est, forma globosa, aquis cingitur, in aera prominet. excipit caelum aquae omni uel temperie quantum afficitur, ita, quaecumque sustinet, afficit, & mouet.

POTERAT finem liber, plenus omnibus necessarijs, iam uideri consecutus. Sed, cum & mundi dimensiones, & plurima praeterea in uniuersis rebus ratio Geometrica impleuerit: pauca de numeris, mensiusq. dicemus.

De Geometria. Cap. XVII.

GEOMETRIA est scientia digerendi, cum sui resolutionibus. Numerus est congregatio singulorum finita semper, & infinita natura. Nota est, cuius pars nulla est. Linea, longitudo sine latitudine. Lineae autem finis notae. Recta linea est, quae super se positis notis aequabiliter posita, & summissa est. quod longitudinem tantum habet. summitatis finis, lineae super plana, quae dicitur ἐπίπεδος. summitas est,

quae ſuper ſe poſitis rectis lineis aequabiliter poſita eſt, uel quae ſuis finibus aequaliter poſita eſt. Planus angulus eſt in planitie duarum linearum, non e regione poſitarum, ad unum ſignum contingens curuatio. hae lineae, quae angulum continent, cum recte ſunt, is angulus rectis lineis contineri dicitur. ſi recta linea, ſupra rectam lineam ſtans, continuos angulos inter ſe pares facit; tum uterq. ex paribus angulis rectus dicitur; & ea linea Graece κάθετος, Latine Normalis dicitur. Rectus angulus eſt modicus, & ſibi congruens. hebes, maior recto; auctus, minor.

De Figuris. Cap. XIIX.

FIGVRA eſt, quae aliquo fine, aut aliquibus finibus continentur. Circulus eſt figura plana, una linea comprehenſa, intra quam mediae omnes lineae, omnes inter ſe pares sũt. Κέντρον eſt nota circuli medij. Διάμετρος eſt recta linea, per κέντρον immiſſa, & in utramq. partem ſecans circulum. Hemicyclus eſt circuli dimidium. Εὐθύγραμμοι formae ſunt, quae rectis lineis continentur. Trigonum, trilaterum; tetragonum, quod quattuor; multilaterum, quod pluribus. Triangulum aequilaterum, quod paribus

trinis lateribus, Ισοσχελὲς, quod duo tantum latera paria habet. Σκαληνὸν, quod tria latera in acqualia habet. Ορθογώνιον, quod habet omnes rectos angulos. Αμβλυγώνιον, quod habet eundem angulum hebetem. Οξυγώνιον, quod habet omnes tres acutos angulos. quadrilaterarum formarum, quadratum est, quod omnia quattuor latera habet, & angulos rectos. Ετερόμηκες, quod neq. angulos nec latera paria habet, nec singulos rectos simile scutellae: cuius contraria latera, & contrarij anguli inter se pares sunt. sed quadrilaterum omne quod rectis angulis est. Trapezia cetera nominentur. παράλληλοι lineae: quae in eadem planitie positae, numquam inter se contingant.

De Postulatis. Cap. XIX.

POSTVLATA Geometrarum sunt quinque, ut liceat ab omni signo ad omne rectam lineam ducere, & omnem finitam rectam lineam e regione eijcere, & omni modo signo & interuallo circulū scribere, & omnes rectos angulos minores duos rectis pares esse: ex si in lineam rectam lineae duae immissae interiores angulos minores duobus rectis fecerint: eiectas lineas concurere *

* λείπει. *

* Si

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

* Si paribus paria adiecta fuerint, omnia paria erunt; &, ſi paribus paria dempta, reliqua erunt paria. & quae eiſdem paria ſunt: & inter ſe paria ſunt.

De Muſica. Cap. XX.

PRIOR eſt Muſica inuentione metrica. cum ſint enim antiquiſſimi poetarum Homerus, Heſiodus, Piſander. hos ſecuri elegiarij Callinus, Mimnermus, Euhemerus: mox Archilochus, & Simonides trimetrum iambicū, choricū, catalecticū, tetrametrū compoſuere. Archilochus etiā commata uerſibus applicādo uariauit. Eupolis per plurimas ſpecies ſecuit. Alcman numeros etiam minuit in carmen. hinc poeticae melicae ἀτελής. illa etiā Argiua minutiores edidit numeros. Quae ſpecies cum iam diſpliceret, & integra breuior diceretur, magnitudine Pindari aſſerta eſt, qui etiam libros innumeris modis edidit. Hos ſecuri Muſici, Timotheus, & Pondos, & Hypericles, & Follis, & clariſſimus tum peritia, tum eloquentia Ariſtoxenus modulati protinus cantus. nec tamen an non putes antiquiores cantus eſſe numeris: ſed ruſticos, & inconditos, poſt quos

poetica

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

poetica ualuit, ueluti legitima Musica licentior, magisq. modulata.

De Rhythmo. Cap. XXI.

RHYTHMVS creditur dictus a Rhythmonio, Orphei filio, & Idmoneae nymphae Maricae: ut tradit Niceratus libro, quem composuit de Musico, fratre Rhythmonij: tradit Hymenae, Varrithonis autem, & Chloridis Tiresiae filiae Pendemũ, & Peridemem, qui primus cecinerit res gestas heroum musicis cantibus.

MVSICA est peritia faciendorum, & canendorum modorum. eius partes, harmonica, rhythmica, crusmatica. crusmata pulsus decori, siue carminis uocantur. Harmonica est con sonantia organica: ῥυθμὸς Graece, Modus dicitur Latine. Nominatur Versus ab eo, quod fluat, seq. ipse circumeat. Modus autem est lex quaedam, & ordo uocalium interuallum, & differentia: uel, ut Aristoxenus definit, non utcumque compositum uocalium temporum interuallum. Carmen est modus uocibus iunctus: cuius discrimina, cantus, modus, motus. Tempus est syllabae spatiũ, huius elementũ. Breuis syllabae diuisio, breuis alia, longa alia, & neutris ratio est.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

De Modulatione. Cap. XXII.

MODVLATIO est modorum prudens dispositio. eius tres species τόνος, χρῶμα, ἁρμονία. Genera carminum XIII. ex quibus prima sunt, Dorium, Phrygium, Lydium. His accesserunt grauissimum Hypodorium. Mox duo Hypophrygij, grauior, & acutior: deinde Dorius medius: tum Phrygius grauis, & alter excelsus: totidem Lydij, grauis, & acutus: tum Mixolydij pari diuersitate: postremo Hypermixolydius acutissimus. Organum quondam tres habuit intensiones, grauem, mediam, & acutam. Inde Musae quoque tres olim aestimatae, Hypate, Mese, Nete. Nunc in ampliore numero soni considerantur, ueluti προσλαμβανόμενος ὑππάτη ὑππατων: deĩde παρυπάτυ ὑ'ππατον: deinde λυκανὸς ὕππατον: deinde ὑππάτη: deinde ὑππάτης μέσον: deinde παρ ύπατε μέσον: deinde λυκανὸς μέσον: deinde πέση: deinde τρίτη συνημμένον: deinde παράνητη συνημμένον: deinde νή'τη συνημμένον: deinde παραμέση: deinde τρίτη δίέζευγμένον: deinde παραντη δίέζευγμένον: deinde νητη δίέζευγμένον: deinde τρίτη ὑπερβόλεον: deinde παράνητη υπερβόλεον: deinde νή'τη ὑπερβόλεον. Quas animaduertisse cum resonantia sua

uitatis

uitatis in arcu sororis Apollinem tradũt, & intendisse potius Dytarantium notasse, quod ad strictiora fila neruorum in acumen excitarentur: grauibus responderent remissa. inde fecisse tres primas, de quibus supra dictum est. hanc excepisse intensionem Linum, (quem quidam Apollinis filium tradunt) & nymphae Paramesae Chrysthenidi reliquisse. ab ea adiunctũ modum, qui συνημμένος dicitur. tur. hunc numerum auxisse Terpandrum, adiectione διέζευγμένου, qui primus a grauibus in acumen auertit. deinde Timotheus addidit duos, παραμέσον, & ὑπερβόλεον. Initium modi dicitur δίεσις: dimidium hemitonium: totus tonus. Toni duo, & dimidius διὰ τεσσάρων nominatur. Tres, & dimidius, διὰ πέντε. Sex, διὰ πασῶν. Haec Musicae summa est.

De Metris, & Pedibus. Cap. XXIII.

METRON, Graece; Latine, Numerus, uocatur. Numerus est aequalium pedum legitima ordinatio. huius arsis thesis per partes sunt pedum, syllaba, elementa numerorum, modorum elementa, spatia syllabarum, ac tempora. Pedes componuntur ex syllabis, minimum binis; plurimum, ternis. incipiunt a temporibus binis,

ad

ad ſena perueniunt. Diſſyllaba I V; triſyllaba I I X: plures, quam X I I. eſſe non poſſunt. Pyrrhichius, ex duabus breuibus, cuius exemplum, Deus; Choreus, ex longa, & breui, ut, Roma; Iambus, ex breui, & longa, ut, Salus; Spondeus, ex duabus longis, ut, Vates. Duo igitur, quantitate contrarij, Spondeus, & Pyrrhichius: duorum alter, alter quattuor temporum. Duo in ordine, quorum uterq. trinorum temporum, Iambus, & Choreus. ita non plures, quam quattuor, pedes ſunt, nec eſſe poſſunt. Ternarum ſyllabarum primus eſt Dactylus, qui conſtat ex longa, & duabus breuibus, cuius exemplum, Aeolus. Huic contrarius Anapaeſtus ex duabus breuibus, & lõga, ut, Pietas. Amphibrachus, ex breui, lõga, & breui, cuius exemplum, Auarus. Brachyſyllabus, ex tribus breuibus, cuius exemplum, Cicero. Et contrarius Moloſſus, ex tribus longis, cuius exemplum, Maecenas. Item tres quinum temporum. Bacchius, ex duabus longis, & breui, cuius exemplum, Latona. Huic ordine aduerſus Palimbacchius, ex breui, & duabus longis, ut, Aquinas. Creticus, & Amphimacrus, ex longa, breui, & longa, ut, Sanitas. Duobus, a quantitate contrarijs, Brachyſyllabo, & Moloſſo: quorum alter triũ temporum, alter ſex: ordine ſex, tres in quat-

ternis,

ternis, tres in quinis temporibus.

De legitimis Numeris. Cap. XXIV.

PRIMVS eſt, & legitimus maxime numerus, hexameter heroicus. huius pedes aut dactyli ſunt, aut ſpondaei. Raro in uerſu extremō reperietur trocheus. eius exemplum,

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante.

Totus iſte dactylicus fuit, & habuit ſummum trocheum. ſed mixtus ex ſpondeo hic erit,

Italiam fato profugus Lauinaq.uenit.

Totus ex ſpondeis,

Ciues Romani tunc facti ſunt Campani,

Hoc genus numeri, pauciſſimarum XII. ſyllabarum, plurimarum XIIX, tempora recipit XXIV. Interea XXIII. ſedibus tribus tantum conficit, forma excipit XXII. quas enumerare feſtinantibus longum eſſet. Pentameter elegiacus habet exemplum,

Dum meus aſſiduo luceat igne focus. Recipit Dactylum, Spōdeum, Anapaeſtos duos, in fine uerſus aliquando Brachyſyllabum. fit ſyllabarum, pauciſſimarum XII, plurimarum XIV. Tertium pedem ſpondeum ſemper habet; quartum, & quinctum aliquando brachyſyllabum. Trimetros Iambicus Latine Senarius

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

narius di citur, eius exemplum,

Phaſelus ille, quem uidetis, hoſpites,

x I I. ſyllabarum eſt. Recipit aliquando praeter ceteros pro Iambo extremo Pyrrhichium. Trimetros tragicus,

Pro ueſte pinnis membra textis cõtegit. &,

Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues.

Recipit in parte prima ſcanſionis Spõdeum, & alio loco Dactylum, & Anapaeſtum: & pro Lambo Chorium, & Tribrachum. fit ſyllabarum, pauciſſimarum x I I, plurimarũ x v I I. recipit tempora, plurima x I x, pauciſſima x v I I. Comicus trimetros ſolet magis in breues minui. Trimetros Hipponactius, pedem nouiſſimũ aſſumens Spondeum, uel Choreũ, talis eſt.

Calentibuſq. lympha fontibus ſemper.

Eoſdem pedes, quos reliqui trimetri, praeter nouiſſimum, recipit. Tetrametros, qui Latine Quadratus uocatur, choriacus talis eſt.

Tela famuli, tela ꝓpere. ſequitur me thoas.

Recipit eoſdem pedes. peruenit ad ſeptem, & ſemipedem: ſummum pedem petit aut Creticum, aut Dactylum. Octonarius.

Proinde & abs te regimen Argos, dum-
-eſt poteſtas conſulendi.

Septenarius:

Haec bellicoſis, cui mater pater-
-cluet Minerua.

Conſtat

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

Cõſtat ex pedibus eiſdem Ionicus ſeptenarius:

Ibant mala eluere Venereã coronam .

Ionicus maior eſt ille:

Ictus retro recedit in nates ſupinus . Habet uitium in tertia ſyllaba minor :

Metuentis patriae uerbera linguae . Praecipiunt inſerere maxime Pyrrhichium, & Spondeum . Solet diuiſis ſyllabis longis plurimũ ſyllabarũ admittere Ariſtophanius anapaeſtus .

Axena Ponti per freta Colchos-
-denique delatus adhaeſi .

Recipit pedes quatternorum temporum : omnis replet pedes, praeter ſemipedem Anapaeſtus octonarius .

Ore beato lumine uolitans, qui-
-per caelum candidus equitas .

Recipit eoſdem pedes, praeter ſemipedem . Ariſtobulius .

Quaedam terribilis tua pectora tur-
-bat, terrifico ſonitu intulit .

Is circuitus magis, quam uerſus, eſt . Dactylum crebrum habet, rarum Spondeum .

Pone duodenarius .

Quis, meum nominans nomen,-
-exciter: quamuis tumultu inuocans-
-incolarum fidem .

Et hic circuitus magis, quam uerſus, eſt . Huic ſuberunt denarius,

Qui repens ſemipulſus onere graui-
-fores ſtrepitu terrent.

Recipiunt pedes, Creticos, Chorios, Spõdeos, Iambos, Brachyſyllabos, Anapaeſtos.

Vndecim ſyllabarum Phalaeucius,

Paſſer, deliciae meae, puellae.

Recipit pedes, Spondeum, Dactylum, Creticum, Palimbacchium.

Angelicus numeros & ſyllabam coarctat hexametro, ut.

Hectoris Andromache Pyrrhin con-
-nubia ſeruas.

Anacreontium,

Miſeri inuidi uiuimus ſcientes.

Recipit Pyrrhichium, Chorium, Spondeum, Brachyſyllabum, Anapaeſtum.

Primus eſt ſemper Pyrrhichius. Numerus Saturnus,

Magnum triumphat numerum, hoſtibus deuictis.

Sunt, qui hunc Ariſtolochion uocant.

Recipit pedes, Spondeum, Iambum, Pyrrhichium, Chorium, Dactylum, Brachyſyllabum, Anapaeſtum.

Priapeius,

Hunc lucum tibi dedico, conſecroq. Priape.

Tertium pedem pro dactylo Creticum habet: alioquin hexametron eſſet.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

De Numeris ſimplicibus . Cap. XXV .

PYRRHICHIVS,
Rapite, agite, ruite, celeripedes.
Contrarius eſt huic δωδεκασύλλαβος
Spondaicus.
Olli crateribus exauratis hauſerunt.
Dactylicus,
Puluerulenra patrem ſonitu quatit ungula campum.
Amphibrachys non facit numerum.
Anapaeſtus,
Agilis ſonipes rapitur celeri ſonitu crepitās.
Creticus,
Horridi tranſerunt ad pedes ex equis.
Palimbacchius,
Amicos ad hanc rem, ſi uoles, aduoca.
Bracchius non facit numerum.
Moloſſicus idem eſt, qui & Spondaicus.
Nunc, quemadmodum a principali heroico plures numeri transfigurentur, oſtendam. Ac primus trimetros Spondaicus fit heroicus.
Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.
Syllabam unam, quae eſt ante extremam, ex longa contrahe, ut ſit,
Ciues Romani tunc facti ſunt Apuli.
Et eſſe coepit trimetron.

Elegiacum tranſibit,

Bella per Aemathios-

Rurſus ad pentametros, ut componam heroicos, ſumo partem poſteriorem,

Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Et compono,

Luceat igne focus Troiae qui primus ab oris.

Phalaeucium numerum, qui eſt,

Altis flumina uallibus tumeſcunt,

inſertis uerbis, facio heroicum,

Altis flumina prodita uallibus inde tūeſcūt.

Ionicus eſt,

Metuentis patriae uerbera linguae. adijciam trinas uerbis ſingulis ſyllabas,

Nunc metuentis, nunc patriae, nunc uerbera linguae.

Verto, Italiam profugus, Lauinaq. uenit, cui eſt ſimile,

Patriam tum profugus, Lauinaq. cepit

Ariſtophanius fit ex heroico,

Arma, uirumq. cano, Troiae qui primus ab oris.

* λείπει. *

* Numerum angelicum ſyllaba breuiata eſſe monſtraui heroicum. Item Priapeium, ſi ſyllabam ſurripias, fieri heroicnm.

* λείπει. *

NOTAE

AD . CENSORINVM

DE . DIE . NATALI

ALDI . MANNVCCII . PAVLLI . F.

ALDI . N.

pag. lin.

1 2 De die Natali] *Inscribitur & hic liber, De humana origine.*

12 Cariora,] *Cariore, antiquus liber.*

23 Malorumq. media.] *alias additur, uerbum, Censeri, post τὸ Media.*

24 Vt comicus ait,] *Vt ait Terentius, alias. Est autem locus in Heaut.*

22 Recte,] *Alias, Bene.*

2 6 Enim] *Etiam, legit Cauchius.*

13 Ex Ethica parte] *Male alias, Hic aperte.*

18 Facunde] *Familiariter, alias.*

22 Aliquantulum] *Aliquantum, antiquus liber.*

24 Vt uetus adagium est,] *Alias, In me uetus elogium iure dic.*

3 4 Non ingratos] *Gratos, alias.*

7 Deis] *De ijs, antiquus liber.*

12 Deo pascebant.] *Deo sacrũ pasc. alias.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

16 Vt ait Persius,] *Quod ait P. alias. Satyra 2.*

20 Hostiam faciendam,] *Alias, Hostia faciendum. Feriendam, alij libri.*

22 Atticus, & est de Muneribus] *Articulus, et est de Numeris, alias.*

28 Genitoris] *Genetoris, quidam scribunt ex Laertio in Pythagorae uita. Terentius quoque Varro in libro, quem Catus, siue de liberis educandis inscripsit, Genetiuum Latine pronunciauit.*

4 1 In hoc die] *In, non est in uetere libro.*

2 Facta] *Factum, antiquus liber.*

3 Oporteat] *Oportet, alias.*

6 Veneremur.] *Veneretur, alius.*

7 De Genio, & Lare.] *addit antiquus liber, Et unde dicatur.*

10 Genius] *Laberius Imagine, apud Nonium Marcellum: Genius, generis nostri parens. Vide & Festum, & Appuleium in libro de deo Socratis. Seruius quoque ad illud Virgilij Georg. 1. Genialis hiems; Genium, inquit, dicebant, antiqui naturalem deum, uniuscuiusque loci, uel rei, aut hominis.*

13 Gignatur] *Gignitur, alias.*

17 Granius Flaccus } *sic emendaui, ex antiquo libro, & ex Plinio. Antea, C. Flaccus.*

26 XVI. } *alias, IX.*

5 1 Sunt dij cōpl. } *Sūt praeterea alij cōpl. alias.*

2 Hominum } *alias, Homini.*

10 Exceptos, } *alias, Acceptos.*

13 Colant } *Celebrent, antiquus liber.*

17 Praemia } *Pretia, Cauchius.*

22 Peperit. } *Pepererunt, alias.*

25 Dicere prius, } *Quaerere primum, antiquus liber.*

28 Ex his quaedam } *absunt haec à uetere libro.*

6 1 Variae opiniones ueterum Philosophorum de Generatione. } *Variae opiniones de prima hominum generatione, uel origine.*

13 Aliquando, } *Aliquē, antiquus liber.*

15 Qua semper humanum genus fuisse creditur, } *antiquus liber, Quae sēper credidit genus humanū fuisse.*

17 Ocellum Lucanum, } *cuius exstat liber* περὶ τῆς τοῦ πάντος φύσεως, *Male alias, Cereium, uel, Cocceium Luc.*

21 Opinati. } *Opinari, antiquus liber.*

24 Eiusq. rei exempla &c. } *Vide Plutarchum*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

chum in Sympoſiacis, et Macrobium lib VII. *cap.* 16.

7 1 Iſto ſemper } *Alias, Iſto mũdo ſemper.*

12 Virgilius, } *Ecl.* 6. *uel, Sileno.*

14 Et alibi, } *Georg. lib.* I.

21 Rationum opiniones } *Rationes opinionum, Cauchius.*

22 Anaximander } *Ex Plutarchi* περὶ ἀρεσκόντων *libello.*

8 1 Lucretius, } *lib.* I. *Varro Eumenidibus, apud Nonium: Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum. Eſt autem Blitum, lene holus.*

7 Humori permiſtam. } *Sic emendaui. antea, Huiuſmodi permiſtam.*

10 Vel inſerta } *abſunt hae duae dictiones a quibuſdam libris. Alias, Vel inſterte.*

11 Diſſentiẽte } *Diſceſſiſſe, antiquus liber.*

16 Cohaerentes primum } *Alias deerant hae duae dictiones. In uetere, Primum adhaerentes.*

17 Ingenium } *Ingenitum, legendũ puto.*

23 Ideſt Dei prouid. } *Et Dei prouid. uetus.*

9 1 Poeta } *Virg. lib.* IIX. *Aen.*

1 Nymphas, Indigenasq. Faunos } *Nymphas Indigetes, Faunoſque, Cauchius.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

3 Non difficile } *Non difficilis, antiquus liber. Lectio uero impressa ferri potest. hoc sensu: Poeta cecinit, facile rudes antiqui crediderunt.*

4 Eo licētiae poeticae processit libido, } *Poetica, lego.*

10 Vel Boeotia } *Vel in Boeotia, antiquus liber.*

12 Mutua inter se caede necatis } *Mutuo inter se necatis, liber impressus.*

16 Extispicij: } *Auspicij, uetus.*

18 Exscripserunt. } *Scripserunt, uetus.*

20 De generatione hominum, & eorum semine. } *Alias, De semine hominis.*

26 Quam potero compendio } *Quo antiquus liber.*

28 Parmenides } *Plut.* περὶ ἀρεσκόντων.

10 1 Adoriri } *Oriri, impressus. Id oriri, fort. legendum.*

2 Hipponi Metapont. } *Hippasus nominatur a Diogene Laertio, & Aristotele.*

5 Admissionem } *Emissionem, alias.*

9 Post Graecam cōtētionem } *quid ineptius? Lege, Post crebram coitionem. quid clarius?*

24 Empedocles, } *Plut.* περὶ ἀρεσκόντων.

28 Animi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

28 Animi ʒ *hoc uerbum antea desiderabatur. Item paullo post* τὸ, *Cerebrum, non est in uetere.*

11 2 Anaxagoras ʒ *& cum eo Galenus.*

7 Vt una nascatur, alaturque. ʒ *antiquus, Vna nasci, alique.*

11 Ferme ʒ *Alias, Fere.*

12 Arbitrentur, ʒ *Arbitrantur, alias.*

14 Formatur ʒ *Formetur, uetus.*

15 Anaxagorae &c. ʒ *Galenus lib.* 11. *de semine, primo per umbilicum, deinde per os infantem ali affirmat. eius rei signum esse, quod infans, in lucē editus, statim ubera matris apprehensa exsuggit. quod, nisi iam consueßet, non uidetur poße facere. Certius autem subiungit argumentum, quod infans, natus, excrementa per aluum egerit: quod fieri nullo modo poßet, nisi cibus per os administratus eßet.*

16 Ceterisq. compluribus ʒ *Cum alijs pluribus, impressus.*

18 Prominens ʒ *Permanens, uetus.*

20 Alimentum ʒ *Alimenta, uetus.*

28 Parentis sedem ʒ *Parentis principium sedem, uetus.*

12 11 Fuerit, ʒ *Fuit, alias.*

24 Quam

24 Quàm uni } *Quã quod uni, Cauchius.*

27 Partum } *quid, si, Partitum?*

28 Vtrumque } *Vterque, alias.*

13 11 In octaua, eadem manere; in nona, illa declinare; in decima, &c. } *antiquus liber, In octaua, eadem manere, de qua alij dixerunt oculos albescere; in nona, omnia fieri languidiora; in decima, &c.*

27 Ita } *Itaque, uetus.*

14 13 (Venia ceterorum) philosophiae sanctissimus, } *(Venia ceterorum) philosophorum sanctissimus, Cauchius. (Venia ceterorum) philosophiae sciẽtissimus, legendum puto.*

18 Reciperent } *Recipiant, alias.*

15 4 Quod & ad corpus, & ad animum } *Quod ad corpus, & animum, alias.*

5 Non duco } *Non, abest a uetere.*

18 Fuerat formidolosus, } *Fuerat corpori formidolosus, alias.*

26 Habuit } *Habuit legitimum, alias.*

26 Hoc anno } *Hoc anno et, alias.*

26 Dionysius } *Et C. Albucius Silus rhethor cibo abstinuit, teste Suetonio de clar. rhet.*

28 Cynicus cibi } *absunt hae duae dictiones a uetere.*

16 5 Animi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

16 5 Animi ſpiritum, ꝫ *Animi uim, Cauchius.*
17 Diutina ꝫ *Diuturna, uetus.*
20 Suſcepimus, prudentia, ꝫ *Accepimus, uel prud. Cauchius.*
28 Et procul a rep. motis, ꝫ *Sed procul a rep. remotis, Cauchius.*
17 3 Honore ſacerdotij ꝫ *male alias, Honore ſacerdotis.*
6 Reprehenſione, ꝫ *Offenſione, uetus.*
13 Vice parentis ꝫ *male alias, Iure parentis.*
18 3 Vel menſem, ꝫ *Ideſt menſem, antea. male.*
20 Decerpat. ꝫ *Decerpit, alias.*
22 Futurum ꝫ *Venturum, uetus.*
22 Propria ꝫ *Paria, uetus.*
27 Finito temporis modulo ꝫ *Finiti, Cauchius.*
19 14 Heraclitus ꝫ *Herodotus, uetus.*
18 Heraclitus ꝫ *Herodicus, uetus.*
25 Argathonium, ꝫ *Arganthonium, lego: ex Plinio lib.* V I I. *cap.* 48. *Valerio lib.* I I X. *cap.* 14. *Cicerone de Senectute, & Tzetze in Lycophronis Caſſandram.*
26 C. & L. ꝫ *C. & XX, Cicero de Sen. et Herodotus lib.* I. *Plinius uero lib.* V I I.

cap.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

cap. 48. & Lucianus, CL. Silius etiam Italicus lib. III. poetica fortaße usus licentia, eum tercentos annos uixiſſe ait.

26 Vt Ephorus: ⁊ Aut, pro Vt, alias.

20 4 Epigenes ⁊ Plinius lib. VIII. cap. 49.

5 Alij ad CXX. annos produci poſſe, ⁊ Arnobius aduerſus gentes lib. II. Vltra uicenum, atque centenum annum negatur poſſe hoīs uita produci.

13 Rituales Etruſcorum ⁊ in antiquo additum, eſt, Libri.

22 Ea ⁊ Eo, lege.

21 2 Ei ⁊ Ea, impreſſus.

6 CV. ⁊ C, uetus.

7 Vnum deuiginti, ⁊ Vndeuiginti, Cauchius.

12 Cui rei ⁊ Cuius rei, uetus.

17 Eſſe, centeſ. ⁊ Eſſe, ut centeſ. Cauchius.

18 Fierent, id tum Antias, ⁊ Fierent ludi, tum Antias, Cauchius.

24 Decemuiri ⁊ Quindecemuiri, legendum & hic, & infra, ex ep. 4. lib. IIX. Fam. et ex Auſonio in Grypho, ſiue de ternarij numero.

25 Ludi Terentini ⁊ de his ludis Auſonius in Grypho, Martialis, & Statius Siluarum IV.

27 Vtiq.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

27 Vtiq. ludi] *Vtiqueíj ludi*, *Cauchius*.

22 4 Vtque contra C X. quoque anno] *Alias, Vtq. contra X C. quoque anno. Vetus, Vtq. C X. quoque anno.*

7 Quod saecularibus ludis] *Alias, Quod de saecularibus ludis. Cauchius, Quod & saecularibus ludis.*

17 Cum] *Constat, quidam inepte legunt. Creditum, rectius. non enim affirmat, sed dubitat Censorinus.*

17 CCLV.] *CCXLV, legendum.*

18 Ad XL.. uirorum commentarios, ante CCLXXXXIX.] *At ex XV uirum commentarijs, anno CCXCIIX. legendum.*

20 *Post uerbum, Cos. uidentur deesse haec: Secundi facti sunt Liuio, Antiateq. auctoribus, M. Popillio IV, & M. Valerio cos. anno post &c.*

21 VII. & XL.] *VI. & CD. legendum.*

22 XII uirum] *XV uirum, legendum.*

23 CCCCX.] *CDIIX, legendum.*

25 *Post uerbum, Cos. adde, Anno ab V. C. DV. ut uero in XV uirorum commentarijs scriptum est, anno D duodeuic. &c.*

27 Liuio Varro Cos.] *C. Licinio Varo cos. legendum.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

23 6 C. Cornelio Lentulo, ʒ *Cn. legendum.*

7 Ideſt D C. anno III. ʒ *Ideſt anno D C IIX. legendum.*

8 Sub annis DCXXIX. ʒ *lege, Sub anno DCXXIIX.*

2 *Adde, Mamerci praenomen Lepido.*

10 *Adde, Caij praenomen Furnio.*

13 T. ʒ *Ti. legendum.*

13 Se III. ʒ *Se IV, legendum.*

15 DCCXLI. ʒ *DCCC. legendum.*

16 Inde ʒ *Repone, Marcus, pro Inde.*

17 Iubeno ʒ *Libone, legendum.*

18 Animaduertere ʒ *Cernere, uetus.*

20 Saeculum, ʒ *Abeſt a uetere libro.*

21 Etiamſi ʒ *Etſi, uetus.*

27 Quod ſi quis ʒ *Et ſi quis, uetus.*

24 1 Inductos: ʒ *Inductus, legendum.*

15 Ad hanc aetatẽ producere ʒ *Ad hãc aetatẽ uitã producere, Cauchius.*

18 Plerumque, ʒ *Abeſt a uetere libro.*

19 Quod Dioſc. ʒ *Quodq. Dioſc. Cauchius. Totum autem hũc locum ita legerem: Quod Dioſcorides ſcripſit: ideo quod Alexãdriae, inter eos, qui mortuos ſolent conſeruare, multis annis cor hominis pependit, incrementa aetatis, & deminutiones obſeruans, hominem plus centum annis*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

nis uiuere non poße. id cor humanũ declarare eorũ, qui integri perierint ſine corporis tabe. & anniculi &c. Vide Plinium lib. X I. cap. 37.

25 4 Produci. } *Alias, Producere.*

7 Et primum Natalem } *Vt primum Natale, uetus.*

8 Quot } *Cur, uetus.*

13 Magno, } *addidi, ex uetere.*

17 Praeterijſſet, } *Praeterierat, uetus.*

26 4 Sol annuo } *Sol in annuo, impreſſus.*

15 Libero } *in uetere additum, Patri.*

18 Quod } *Quia, uetus.*

26 Hoc tempus, quoniam ad S. } *Quod, pro Quoniam, alias. uetus, Hoc quoque tempus, quod ad S.*

27 1 Tunc, } *Nunc, impreſſus.*

6 Dies } *Menſes, uidetur legendum.*

9 Cleoſtratum } *Male antea, Leoſtratũ. Plinius, & Hyginus.*

11 Alij } *Alius, uetus.*

14 Doxitheus, } *Doſitheus nominatur a Plinio lib. X I I X. cap. 31. Plutarcho, & Archimede.*

25 Sterilitates item, } *Ac ſterilitates itẽ, impreſſus.*

28 1 Δεκαεννεατηρὶς } Δεκακαιεννεατηρὶς, *Cāuchius.*

2 Se-

2 Septies, ʒ *Quinquies, Cauchius.*
3 CCCCXL. ʒ *DCCCCXL, lego.*
5 Viginti & unus. ʒ *Viginti & quattuor, uetus.*
8 Cum interkalares ſint XXIIX. ʒ *uetus, Cum interkalaribus XXIIX.*
10 Centies decies bis. ʒ *Centies duodecies, lego.*
12 Quarto ʒ *Quando, uetus.*
13 Luna ʒ *Vnam, uetus.*
20 Solus ʒ *Solos, Cauchius.*
26 Δεοψενιαντὸς. ʒ *Alias,* ὁ ἐνιαντὸς. *Quidã,* Ετῶν ἐνιαντὸς. *Antiquus liber, corrupte, ſed unde tamen elici ueritas poſſit,* Ε᾽τονενιλυτος.
27 Ariſtoteles ʒ *immo Plato.*
29 8 Ariſtarchus ʒ *Samius.*
10 Aretes Dyrrhachinus ʒ *Bithus Dyrrhachinus dicitur a Plinio.*
11 Heraclitus, ʒ *uide Euſeb.*
12 X. M. ʒ *XIII.∞ .uetus, et impreſſus.*
16 Notandis ʒ *Notandas, alias.*
30 1 Interfuerint ʒ *Interfuerũt, impreſſus.*
6 Agonum ʒ *Delet hoc Cauchius.*
7 Die ʒ *hoc abundare puto.*
8 Nunc ʒ *tollit Cauchius.*
9 Vndequadraginta. ʒ *Vndequadrageſimus, Cauchius.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

14 *Vitruuius lib. IX. cap. 4. Sol signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense uertente uadens transit. ita duodecim signorum interualla peragrando, cum redit ad id signũ, unde coeperit, perficit spatium uertentis anni. De Anno uertente & Cicero pro Quinctio: Anno uertente sine controuersia.*

Plautus, Mẽsem uertẽtẽ dixit ĩ Persa:
-tu hanc si emeris,
Numquam hercle hunc mensem uertẽtem, credo, seruibit tibi:

16 Annus Vertẽs est natura, dũ Sol, &c. ʒ *Cauchius, Annus Vertens est, dum Sol &c.*

22 Aphrodius ʒ *Aphrodus, uetus. Alius, Aphrodisius. Aphroda dicitur a Galeno de compon. medic.*

25 MDCXXII. ʒ *uetus, MDCCXXII.*

27 Venopides ʒ *uetus, Oenopides. alius, Lucnopides.*

31 1 Harpalus ʒ *antea post hoc uerbũ erat τὸ Autem.*

1 CCCLXV, ʒ *CCCLXVI, uetus.*

3 Incõprehensibilem quidẽ & innumerabilẽ ʒ *Incomprehensibile quiddã, & innumerabile, legendũ puto.*

10 Et

10 Et tam ʒ τὸ *Et, abeſt a uetere.*

12 Antiquiſſimum ʒ *Antiquiſſimi; uetus.*

13 Bimeſtrem ʒ *Menſtruũ. Plut. in Numa.*

13 A Piſone Rege ʒ *A Biſone Rege, uetus. alius, Ab Oſiride Rege. Repono, A Pherone Rege, ex Herodoto lib. 2. qui regem Pheronem Aegypti fuiſſe, Seſoſtriſq. filium, ibidem teſtatur.*

15 Annum ʒ *Arminõ, uetus. corrupte. ſed corrupta & impreſſa lectio.*

22 Tradant, ʒ *Tradunt, alias.*

24 Et annum ʒ τὸ *Et, non eſt in uetere.*

25 Eorum ʒ *Et, addit Cauchius.*

32 2 Seneſcerent: ʒ *Decreſcerent, lege.*

2 Coniunctos ʒ *Male antea, Cunctos.*

6 Recentiores ʒ *Recentiore, Cauchius.*

12 Ita & aliae gentes. ʒ *Ita quoque et aliae gentes, impreſſus. Alius, Itaq. et aliae gentes.*

15 Quoniã diſſerere ʒ *tranſpoſitae prius erant hae duae dictiones.*

16 Eſt, ʒ *Eſſet, uetus.*

22 Quidem ʒ *Quidam, repono.*

24 Iunio Gracc ho, ʒ *Iunius Gracchanus dicitur a Plinio, & Vlpiano. Emenda item Varronem de lingua Lat.*

33 21 Factiq. ſunt dies ʒ *Sunt, alias non legebatur.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

gebatur.

34 7 Eſt ʒ *abeſt a uetere.*

9 Vel ob od. ʒ τὸ *Vel, alias, nõ legebatur.*

14 Vitioſe deprauauerũt. ʒ *uetus, Vtroq. deprecauerit. unde fortaſſe legendum, ultro deprauauerunt.*

18 LXIIX. ʒ *LXVII, reponendum ex Dione: apud quem, lib. XLIII.* Ἑπτα καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐκβαλῶν.

22 CDXLV. ʒ *CDLV, uetus.*

35 3 A loco ſummouerentur. ʒ *Alias, A loco ſummo uerterentur.*

5 Illi primitus ʒ *alias, Illi ita primitus.*

7 Ceteri tres omnes quinctanas. ʒ *alias, Ceteri tres omnes reliqui quinctanas. uetus, Ceteri tres omnes alij reliqui quinctanas.*

12 Quod nũc Biſſextum uocatur. ʒ *gloſſema hoc puto.*

16 Etiamſi non optime, ſoli tamen ad annum naturae ʒ *uetus, Etiamſi optimo, nõ ſoli tamen ad anni naturã.*

19 Quantũ ijdem poſtea fuere correcti. ʒ *uetus, Quantum poſtea idem fuere correpti.*

22 Et, ʒ *Quod, reponit Cauchius.*

25 Tractabo, ʒ *Tentabo, uetus.*

36 4 Quia res eo geſtae ʒ *Quia res in eo geſtae,*

stae, uetus.

10 Ogygis, ʒ *male alias, Aegyptij. uetus, Erogyptij.*

16 Quidem ʒ *male alias, Quod.*

18 Orethes ʒ *uetus, Erethes. Forte, Oroethes; uel, Arethes.*

21 Fuit aliqua ʒ *uetus, Fuit quidē aliqua.*

23 Discussit: ʒ *immo obtenebrauit: si diligenter attendas.*

24 Cetera ʒ *Certa, uetus.*

27 Quam ʒ *Quem, uetus.*

37 2 Hic annus, ʒ *uetus, Tunc annus.*

52 Augustani, ʒ *Vetus, Augustorum.*

12 Perinde ʒ *Proinde, uetus. Pridie, impressus.*

17 Quod ʒ *Quia, uetus,*

19 CCLXIIX. ʒ *CCLVII, uetus.*

21 Nabonnagarij ʒ *Nabonnasarij, Ptolemaeo.*

25 Ad hunc ʒ *Adhuc, alias.*

27 Eius ʒ *abest a uetere libro.*

38 2 Pio, ʒ *antea, Vlpio. uetus, Imp. Aut Pio. Vt legendū sit, Imp. Ant. Pio.*

7 Et Dei annus uocatur, ʒ *Et trieteris uocatur, alias.*

11 Simul, ʒ *alias, Simili.*

13 Sunt, ʒ *alias, Sint.*

14 Brumali, ʒ *Bruma, alijs &, reponen-*

dum puto.

26 Dicantur } *Dicuntur, alias.*

28 Orbe } *abest a uetere libro.*

39 4 Roma } *Romani, uetus.*

5 Natur. } *in uetere additur, Et.*

13 Inaequabiliter. } *Inaequaliter, uetus.*

19 *et* 20 Alios, alios. } *Alias, alias, Cauchius*

26 XXXII. } *XXX, uetus.*

27 XXXIX. } *XXXIV, uetus.*

27 Minime } *Minimum, rectius legeretur. non enim eos ab omni penitus errore liberare uult Censorinus.*

40 4 CCCLV. } *CCCLXV, alias. CCCLX, impressus.*

6 Neq. } *Nec, uetus.*

7 Vt } *Et, alias.*

8 Illis } *Illius, uetus.*

22 Ἀρχὴ docet. } *uetus, Arepti docet. Apte, uel, Aperte docens, lego.*

24 Quod Romuli } *Quia, alias.*

41 3 Fiat, } *Alias, Fit.*

4 Quia } *Quod, alias.*

5 Numeris } *Cauchius, A numeris.*

11 Est, } *abest ab impresso.*

12 Est Februum &c. } *Varro de uita P. R. lib. I. apud Nonium: In eorũ enim sacris liba cum sunt facta, incerni solent farris semine, ac dicere, se*

ea

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ea februare. *idest, purafacere. vi de Festum.*

28 Februatus, ʒ *Antiquus liber, Februarius.*

22 Mutata. ʒ *Immutata, uetus.*

29 Augustio ʒ *Augustino, uetus.*

42 1 Mutauere, ʒ *Immutauere, uetus.*

5 Mensibus. ʒ *Cauchius addit, Fuerunt.*

10 Et ʒ *alias, Aut.*

15 Quod fit ʒ *Fit, abest a uetere libro.*

15 Circuitu. ʒ *alias, Circumactu.*

21 Astri diem ʒ *absunt ab impresso.*

21 Statuerunt. ʒ *Statuere, uetus.*

23 24 Athenienses, Romani ʒ *Athenis, &, Romae, alias.*

24 Ceterum ʒ *Ceteri, uetus.*

43 12 Dicunt. ʒ *Ducunt, uetus.*

12 Capitolio. ʒ *Capitolino, uetus.*

16 In columna ʒ *aenea. Cicero pro Bal bo, & Plinius lib. VII. cap. 60.*

20 Horarium, ʒ *Solarium, lego. nam, si ab horis, aeque omnia dicerentur ho raria: sed, quia distinguuntur, ut quaedam a Sole, alia ab aqua, alia uero aliter regantur; hinc diuersa nomina. Horologiorum autem duo sunt genera, unum, in quo Sol, alterum, in quo aqua horas distingueret.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.4.51

ret. nam aeris tinnitum, quo nos utimur, in horologijs ueteres ignorabant. Varro: Solarium dicunt, in quo horae in Sole inſpiciebantur.

44 1 Id ꝫ *Idq. uetus.*

3 Et tertia, ꝫ *Et, abeſt a uetere.*

7 Incipio ꝫ *Incipiam, uetus.*

7 Poſtremum ꝫ *Fortaſſe, Extremum.*

12 Tunc ꝫ *Tum, rectius.*

15 Ad ꝫ *Ante, Cauchius.*

15 Tunc ꝫ *Tum, commodius legeretur.*

16 Medij diei ꝫ *Meridiei, alias.*

17 Hinc ꝫ *Tunc, uetus.*

17 Plurimi ꝫ *Multi, uetus.*

